Venientes. Ca. Quidam ciuis tudertinus D. nomine cōuentus fuit ab aduersario suo coram iudice ciuitatis super quibusdam possessionibus. iudex auditis meritis cause. cōdēnauit ipz ad restitutōem rerum petitarum ab illa sma appellauit ad dñm papam cōsules ciuitatis nō obstante appellatōe sententiam illā executioni mādarunt inducentes actorē in possessionē rerum de quibus questio vertebatur. super hoc appellans cōquestus fuit dño pape cui subest ciuitas illa quo ad temporalē iurisdictionem. Vnde ipse cōsulibus z populo tudertino mandauit vt possessionē ipsam restituant appellanti alioquin nouerint q̄ ipse mandauit mīcrō ēpō vt eos ad id excōi. cen. cōpellat. Cuius negocij occasione premittit pa. que precedūt dicens q̄ ipsi tenēt̄ur humiliter z deuote appellatōibus ad se. ap. mterpositis deferre qz etiam leges seculares post sniam beneficiū appellatōis nō denegant aggrauatis sed ipsi sniās appel. suspēsas exequūtur cōsules tudertini se super hoc excusantes in presentia pa. dicētes. q̄ cū alij vocantur ad officiū cōsulat9 iurant q̄ super mutuis z plegiarijs iudicabunt secundū cōsuetudinē ciuitatis. et infra xxxiij. dies sententias exequēt. Vnde saluo huiusmodi iuramento nō poterant ferre appellatōibus. Sed contra istā excusatōem dicat pa. q̄ iudices iurant iudicare sēm leges. sicut cōsules isti iurant iudicare secundū cōsuetudinem ciuitatis sue et ideo sicut iudices possunt

grauare subditos contra legem sicz cõ
sules isti possunt contra cõsuetudinem
suos subditos aggrauare. Vnde pcepit
eis quatinus appellatõibus ad sedẽ ap.
interpositis deferant humilit z deuote
cũ iuramento illud eoẽ exarsare nõ pos
sit in quo ius superioris intelligitur ex
ceptum. Nota dc. istã ad plura argu
mẽta. Primo ad illud / smiã diffinitiua
a qua ẽ appellatũ non debet executionẽ
mandari quod si fiat executio debet re
uocari vt hic patet et ideo deferre debet
index appellatõi z nihil innouare ea pẽ
dente. Item in iuramento semp ius su
perioris intelligitur exceptũ z cuiusdã
qz alterius qi iramentũ factum in pꝑ
iudiciũ alterius nõ valet cũ illud obser
uare nõ possit. Itẽ iuramẽtum perso
nale est.

Ad nostrã nouerit. Ca. qui
dam dues pisani. I. z. G. cuidam usu
rario. p. nomine multas persoluerunt
usuras iuramento interposito q nec p
se nec per alios predictas usuras repe
terent vel apud ecclesiasticũ iudicẽ vel e
tiam secularem sup his deponerent que
stionem. Creditor postmodũ condidit te
stamentũ in quo precepit heredibus su
is vt omnibus q protarent se dedisse
usuras eidẽ ipsas eis restituerent. Hz
dicti. I. et. G. nõ audebant repetere usu
ras propter huiusmodi iuramentũ z he
redes nõ satisfacierint eisdẽ. Peruenit
hoc ad noticiã dñi pa. Vnde mandat pi
sano archiepõ quatinus sub pena excõi
catõis publice in ecclã proponat vt qui
super hoc veritatẽ nouerit procedant ad
testimoniũ pferendum et si cõstiterit de
premissis cõpellat heredes illius p cen.
ec. vt usuras quas pater illorũ a pdic
tis cepit restituant vniuersas. Nota
q hic recipiuntur testes lite nõ contes.
quia procedebatur in modũ inquisitõis
sine denũciatõi et ex officio iudicis. Itẽ
q nõ potest agere propt iuramentũ põt
denunciare. Itẽ aliqd cõceditur vna
via. et alia denegatur. Itẽ vltime vo
luntate executio spectat ad ecclãm si he
redes exequi noluerint.

Ad nostrã. Archiepiscopus
neapolitanus quasi per extortionem pꝑ
stitit iuramentum q in omni cã seruа
ret ordinem iudiciariũ dubitauit archi
episcopus vtrũ in notoriis ordinẽ iudi
ciarium seruare deberet pretextu illius
iuramenti. Rñ. pa. archiepiscopo q se
cundũ canones manifesta nõ indigẽt ac
cusatione nec i eis ordo iudiciarius stuã
dus ẽ qui debet in causis alijs obseruа
ri. nec archiepiscopus habebat in men
te quando iurauit modo predcõ vt prop
terea veniret cõtra canonicas cõstituti
ones alioq un nõ iuramentum sed pre
iurium extitisset nec aliquo modo esset
seruandum. Vnde pa. benignius interpre
tatur illud iuramentum ita q sit conso
num iuri dicit enim q in manifestis z no
toriis ratione predicti iuramenti nõ te
netur seruare subtilitatẽ ordinis iudici
arij quia in his per oia seruare nõ debz
vñ si quis subtilit itelligat de ordine iu
ris vt in premissis nõ per oia iudiciari
um ordinẽ seruare tamẽ bene posset in
telligi q iurauit secundũ rectum intel
lectum vt in oibus causis ordo iudicia
rius obseruetur in illis videlicet in qui
bus ẽ ordo iuris seruandus si archiepi
scopus sic fecerit et iuramentum seruа
bit et iura canonica nõ offendet Nota
q iuramentum cõtra canones prestitũ
nõ tenet. Itẽ iurare cõtra ius nõ iura
mentum sed potius periurium est Hoc
iuramentũ directe seruari potest vel p
interpretatõem seruandũ est. Itẽ in

dubijs benigna ꝺbet fieri interpretatō
¶ Jtē in notorijs per omnia ordo iudicia
rius nō est seruādus. Jtē ar. qꝺ verbū
generale nō est generaliť intelligēdus
¶ Ea te credimus. Dñs pa.
mandauit archiepō turitano quati. iu
ramentū fidelitatis exigeret et reciperet
a iudice kalaritano nomine romane ec
cle. pro ipso iudicatu. iudex ille noluit iu
ramentū illud exhibere asserens qꝺ illō
prestiterat pisano archiepiscopo salua
ecclē ro. honore. ꝓa. hoc intelligens scri
bit super hoc iudici supradicto dicēs qꝺ
nō remittitur debitū sed augetur cū ali
cui soluitur quod alij est prestandū sed
cū iuramentū illud ecclē ro. dictus iudex
prestare teneatur si iuramentū iam ꝑ
tum contrariū reputet illi qꝺ dño pa.
prestare tenetur primū illiciťū est et il
lo nō obstante illud prestāre debet quod
ab eo petitur si vero primū iuramentū
nō est cōtrarium prestando iuramento
illud sine mora prestare debet. Notaqꝺ
nō releuatur a debito qui alij soluit qꝺ
alij debet ¶ Jtē cum duo iuramenta cō
traria sunt videndū est quod magis sit
licitū alterō reiecto illud seruetur.
¶ Quintauallis Filie quinta
uallis venerūt ad verba cū quibusdam
mulieribus alijs ꝛ eis multas iurias
irrogarunt propť quod dictus quinta
uallis iurauit stare mandatis illarū. ꝙ
tale fecerunt illi mandatum sub debito
iuramenti qꝺ si aliquando filij aut filie
aut vxor illius aliquod factū vel verbū
cōtumelioſū mulieribꝰ illis obijcerent
idem quintauallis filios ꝛ filias exhere
daret et vxorē a se remoueret. Quinta
uallis recepto tā impio mandato signi
ficauit hoc dño pa. vnde mandat epō al
batrino quati. predictis mulieribus in
iungat vt mandatum illud reuocēt cū
licitum fuerit iuramentum et mandatū
illiciťū alioquin denunciet illum non te
neri ad obseruandū huiusmodi manda
tum. Nota qꝺ cū aliquis simpliciter iu
rat stare mandatis alicuius licitum de
bet eē mandatū alioquin mandatū non
ligat.
¶ Tua nos Quidam. B. nomi
ne et. A. vxor eius adimucē iurauerunt
se nunqꝺ mutuo petere nos quesiuit
ordinarius quid sibi super hoc esset
agendū mandat pa. eidem quati. vtrūq;
inducat ad cōtinentiā obseruandam
qꝺ si facere voluerit et eā seruare mane
ant separati alioquin cōpellatur mulier
ad virū redire cū iuramentum illud te
merariū fuerit et vtrqꝫ illorū adulte
rium cōmisit. Nota qꝺ iuramentū non
preiudicat matrimōio sed econuerso ma
trimoniū preiudicat iuramēto ꝛ infra de
sponsalibus. c. ꝛen.
¶ Quemadmodū Quidā iura
uit se ducturū aliquā in vxorē que an
te ista sponsalia sic cōtracta fuit forni
cata queritur an teneatur eā ducere in
vxorē pretextu huius iuramēti. Rñ.
pa. per simle et quasi a maiori si vir in
rasset mulieri quē do cōtraxit cuꝫ illa
qꝺ eam sp pro legitima teneret vxore
eam nō posset dimittere qꝺ fornicatione
qꝺ ante cōtractum matrimonij cōmisi
set sed si post cōtractum matrimoniū et
prestitū iuramentū fornicať dimittere
eam posset nō obstante hmōi iuramen
to quia in illo tali cōdicio subintellige
tatur si illa contra legē matrimonij nō
peccaret. Eodem modo si aliqꝺ iurauit
se ducturum aliquā in vxorē non potest
ei fornicationē opponere precedentē sed
subsequentē vt eā ducere nō teneatur
quia in illo iuramento talis debet cōdi
tio subintelligi si illa contra legē despō

satõis nõ venerit. Alioquin si post tale iuramentũ fieret publica meretrix eaz ducere teneretur quod eẽt prorsus absurdũ. Et hoc pbat p locũ a maiori. si vir post cõtractũ matrimoniũ ppt̃ fornicationẽ dimittere potest uxorẽ multo fortius ante cõiugiuz celebratũ ppt̃ fornicationẽ potest non admittere sponsam qz turpius eẽt̃ur q̃ nõ admittit hospes. Nec obstat iuramentũ in aliquo istorum casuum qz iuramentũ illud tale est propter cõditionem subintelligendam quod potest seruari et non seruari sine transgressione iuramenti precepta si post hmõi iuramentũ huiusmodi mulier fieret leprosa vel paralitica vel nasum amitteret vel quicq̃ turpiusei cõtingeret teneretur eã ducere in uxorẽ ‖ Rñ. si esset uxor de presenti eam dimittere nõ posset si sponsa de futuro eã ducere nõ teneretur qz multa impediũt matrimoniũ cõtrahendum q̃ nõ dirimunt iam contractũ.

¶ Illud aũt. In. §. isto alia q̃stio ponitur que talis est. Aliquis iurauit q̃ super nullo crimine accusaret uxorem. queritur an istud iuramentum esset seruandũ. Rñ. pa. q̃ iuramentũ tale temerariũ est qz si mulier fieret infidelis ⁊ nollet cohabitare viro sine contumelia creatoris vel illũ trahẽrz ad mortale peccatum dz statim illã accusare apud iudicẽ suum et nisi se corrigat illã dimittere debet secundũ canones. Sed si iurauit expresse q̃ eam sup adulterio nõ accusaret nũq̃d dõbet seruari hoc iuramentuz et videt̃ q̃ non qz dicit scriptura patronus ẽ turpitudinis qui crimen celat uxoris. et in euangelio dicit̃ si primo et secundo correcta se nõ emendet dicendũ est eccẽ vt tanq̃ ethnica et publicana postmodũ euitetur. Sed cõtrarium videt̃ q̃ sit seruandũ quia non solũ septies sed septuagies septies dimittendũ est uxori peccanti. Rñ. pa. q̃ in hoc casu tutius ẽ propter iuramentũ vt eã nõ accuset ad diuorciũ celebrãdũ sed denunciare debet illã ad penitentiaz peragendã. ‖ Nota q̃ in iuramẽto honeste condiciones subintelligunt quãuis nõ apponant. Itẽ nõ potest quis reprobare uxorẽ quã approbauit ex cã precedenti matrimoniũ vel sponsalia. ‖ Item multa impediunt matrimoniũ cõtrahẽdum que nõ dirimũt iam contractum. ‖ Itẽ matrimoniũ de presenti nullo casu superueniente dissoluit nisi ante carnalem copulã professatur alt. ‖ Terz si quis iurat simpliciter nõ accusare uxorem temerariũ ẽ iuramentũ. ‖ Item si quis iurat nõ accusare uxorẽ de adulterio seruandum ẽ iuramentũ tamẽ debz eam denũciare vt peniteat qđ si nõ fecerit potest eã dimittere et ita alia via cõsequatur intentionez suã et alia denegatur. Itẽ q̃ nõ p̃t accusare p̃t denũciare.

¶ Et si cristus Ad finẽ capituli collige casũ et cãm cõstitutõis huius dec. Abbas ⁊ monachi castilionis habebant cãs p monasterio suo dubitabãt vtrũ liceret eis ferre testimoniuz et intrare pro causis monasteriỹ sui. Et videbatur eis q̃ nõ deberẽt iurare primo auctoritate euangeliỹ dicentis sit sermo vester est est nõ nõ quod amplius est a malo est. ‖ Itẽ iacobus apostolus videtur prohibere iuramentũ dum dicit ante omnia fratres mei nolite iurare. Dominus pa. cõsultus rñ. primo auctoritate euãgeliỹ et eã exponit dicens. sit sermo vester est est nõ nõ vt affirmatõ vel negatõ sicut p̃cedat ex ore ita p̃cedz ex corde tamẽ qz malicia hominũ faciente nõ credit de facili simplici affirmatõi

vel negatōi ideo adiunxit quod amplis est a malo est illud amplius .s. iuramē tum nō est malum sed a malo illius q̄ nō vult credere nisi iuretur et est pena illius nō culpa. et licet dominus vidēat ꝓhibuisse iuramentū nō tamen prohibuit iurare p̄ creatorē sed p̄ creaturam. Vnde cū premisit nolite iurare omnino statim subiunxit neq3 per celū neq3 per ierosolimā tamē si iuratur p̄ creaturam seruandū est iuramentū dūmodo licitū est qđ iuratur. Secdo rñ. auctoritate iacobi apli dicens q̄ iacobus non simpliciter prohibuit iuramentū ꝑ voluntatē iurandi dū dixit ātē omnia fratres nolite iurare omnino q̄ nullus debet iurare spontanea voluntate nisi necessitate instante et tūc licite iuratur dūmodo iuramentū habeat tres comites .s. veritatē iudicij et iustitiā sed prohibuit iurare per creaturā. Vnde dixit apostolus homines p̄ maiorē suū iurant. ostendens p̄ quē sit iurandū. i. per deū et q̄ iurandū sit in necessitate ostendit exemplo angeli qui iurauit per viuentem in secula seculoꝝ et exemplo domini qui legitur plus dixisse q̄ est est nō non dum dixit. In veritate dico vobis Si enī iuramentū malū eēt dominus nō iurasset. Tertio dicitur q̄ quedā prohibentur quia p̄ se mala sunt quedā vero ꝓhibentur ex cā non q̄ mala sit ꝑ q̄ si fiant frequenter inde mala sequūtur sicut vinū per se malū non est sed ex frequenti z incauta potatōe luxuria generatur. Vnde dixit apostolus nolite ebriari vino in quo est luxuria. Sic et iuramentum per se quidē malū non est cū sit cōfirmatō veritatis sed tamē prohibetur ex cā quia ex frequenti incauta iuratōe periurium sepe cōtingit. Vnde legitur vir multū iurans replebitur iniq̄tate. sicut paulus cōcessit discipulo suo thimotheo vt vtatur modico vino propt̄ stomachū sic certe cū exigit necessitas p̄ veracia licita z honesta potest iurari q̄ cessante cā cessat effectus. Vltimo rñ. pa. questioni proposite licet enī sint viri perfecti vt quantūcunq3 possunt iuramentum vitare debeant tamē cōcedit eis ne ꝓpt̄ defectū testiū monasteriū suū sui iuris sustineat lesionē vt deficientibus alijs testibus ꝙ possint i cāis monasterij sui veritati testiōnū ꝓhibere. Nō. q̄ p̄ creatorē et nō p̄ creaturā iurādū est. tamē si p̄ creaturā iuretur seruandū est iuramentū si licitum ē quod iuratur. Itē in necessitate iurandū est duz tamē iuramentū habeat veritatē iudicij et iusticiam

Itē per iuramentum delatū deciditur questio. Itē quedam sūt simpliciter mala z ideo prohibita quedā vero sunt simpliciter bona sed prohibentur ex cā. Itē cessante cā cessat effectus. Itē monachi et clerici deficientibus alijs testibus possunt ferre testimoniū pro ecclesijs suis.

Sicut nostris. Ca. Vacāte eccā tudertina canonica anteq̄ tractatus aliquis haberetur de pastoris electione quedā iuramenta in damnū ep̄alis iuris fecerunt / postmodū vnus ex illis electus existit in episcopū et cōsecratus episcopus ipse videns q̄ ex hoc redditus episcopales diminuebantur quesiuit a pa. vtrū iuramenta illa eēnt seruanda papa cōsiderās q̄ iuramentum nō fuit institutū vt iniquitatis vinculū esset z iuramenta que cōtra vtilitatē ecclesiasticam attendant nō iuramenta sed periuria dicūtur periuratōe incauta fecit ei penitētiam imponi mandans ēpo amelieñ. quati. de canonicis illis super ꝓmissis veritatē inquirat et si ita eē inuenerit

in statum pristinū reducat quicqd in damnuz episcopalis iuris datū ee reperit. Nota q iuramentū in damnuz ecce datū nō ē seruandū nec obligat sed potius periuriū dicit & de hoc dz penitentia imponi.

¶ Cū contingat. "Ca. Aliquis alienauit res dotales & alias quas donauerat uxori propter nuptias prese te uxore et cōsentiente alienatōi: et ne uxor ulterius cōtra alienationem ueniat firmauerat proprio iuramento qd contra alienationē nō ueniret postmodum matrimonio soluto mitūt uenire in cōtrarium Cōsulti⁹ pa-rūt q licet consensus mulierū nō videatur in talibus obligatorius. scdm leges tamē dicitur mulier seruare hmōi iuramentū. ne tali pretextu viā cōtingat periuriis aperiri. et hoc ē uerū si iuramentum tale sine vi & dolo sponte prestitum fuit cum in preiudiciū alterius nō redundet nec obseruatū uergat i dispendiū salutis eterne. Nota q iuramentū prualet legi. Itē iuramentum sp seruandū ē ex quo sine periculo aīe seruari potest. Itē iuramentū factum in preiudiciū alterius nō tenet a cōtrario sensu:

¶ Sicut in terra et J. "Quidā H. nomine & J. iuraueruint adinuicē pacem siue treugā inter se seruare tandē dictus H. mouit bellū contra predictuz J. spoliando ipsū quibusdā bonis suis unde prefatus J. conquestus fuit dño pa. qualiter H. ipsū cōtra iuramentum ueniens spoliauit predē ab ipso iuramēto q illi H. prestiterat absolu⁹ pa. mādat quibusdā quati. si cōstiterit predictum H. iniuste mouere bellū cōtra ipsū J. inducāt ipsū H. ut restituat uniuersa q̄ p hmōi violentiā occupauit et a p̄ fato iuramento absoluant eundē q si facere noluerit excōicent ipsū et terraz eius subiiciant interdicto. si premissa ueritate nitūtur iuramentū q J se asseruit prestitisse ipsū nō ligat qui prestitit si de cōsensu factū ē utriusqz dū ille cui prestitū fuerat seruare negligit quod promisit. Nota q ea q̄ auferūt i bello iniusto sunt restituenda ergo a cōtrario sensu si bellū sit iustū potest licite ēteneri. Itē fides nō est illi seruanda qui fidem nō seruat quod illud subintelligitur iuramento

¶ Finis. "Ca. clerici iuramētū fidelitatis laicis prestare nō debent cū nihil tpale teneant ab eis q̄ seruus suo dño stat aut cadit.

¶ Petitio. "Ca. Anthiocena ecclesia uacante primate anthiochenus timens cōspirationes fieri contra ipsū iuramentū extorsit a canonicis anthiochenis q̄ nō eēnt de cetero contra ipsū canonici haberent cās postmodū contra ipsū p ecclesia anthiocena etiā & priuas quas fuerūt a dño pa. qualiter super hoc sibi & ecce prouiderent propter iuramentū pdictum pa. interpretatq fuit per predictū iuramentum canonicos illos nō teneri hmōi iuramento q̄ minus liberē stare possint cōtra ipsū principem et p defendendis iuribus & honoribus ecce sue & proprios suos tolerē dos a machinatione solūmodo per quā ipse primas deberet incurrere lesionē persone uel amissionē sui principatus. Nota q licz iuret k promittat aliquis alicui q̄ non erit cōtra ipsū tamē nō tenet ei cōtra se uel contra ecclām suam uel cōtra cōmunitatē suam quia iuramentū nō extenditur ad hunc casum quia contra se nemo tenetur uel contra ecclām suam. Itē ad cōspirationē principis astringuntur.

¶ Ex lrīs Ca. Quidam G. nomine impetrauit per lrās restitutōem vsuratū contra O. archidiaconū ⁊ magistrū canonicū tullen iudices lite contes. recepterūt testes productos ab ipo G. per quos ñ potuit cōstare de quantitate sortis sed de obligatione pignoris bene cōstitit ⁊ per famā quasi notoriū habebatur q̄ ex quadā terra que ipsi ē obligata sortē suam ⁊ amplius deuxisset vnde videbatur iudicibus vt iuramentū de veritate dicenda exigatur a partibus vt p iuramentū constaret de sorte significauerūt hoc dño pa. mandat pa. ne ex defectu huiusmodi iuramēti succūbat iusticia sic si veritas occultetur mādat pa' quati compellant partes p cen. ec. ad prestandū hmōi iuramētum. Nota in cā vsuratū iuramētum de veritate dicenda prestandum ē sicut in spiritualibus causis ⁊ ad hoc partes cōpelli debent.

¶ Intellecto. Ca. Rex vngarie fecit quasdam alienatōes in prēdicium regni sui ⁊ cōtra honorem regis ī repposito iuramento de ipsis nō reuocādis significatum fuit hoc dño pa. Vnde scribit archiepō colocen. et eius suffraganeis ⁊ eidem regi sup hoc vt alienationes predictas studeat reuocare non obstāte iuramēto illo q̄ in coronatione sua iurauit iura regni sui ⁊ honorē illibata seruare vnde illicitū fuit iuramentū si quod prestitit de non reuocandis huiusmodi alienationibus ⁊ ideo nō seruādum ⁊ priori iuramento licite prestito obediendum.

¶ Mulieri. Ca. Mulier quedam petebat quendā in virū suū et per iuramentum asserit in iure q̄ ille in eam matrimonialiter cōsenserit per verba de presenti/ vir hoc negabat/ cū mulier nō haberet alias probatōes vir fuit ab eius impetitōe absolutus/ queritur vtrū iudex debeat ei dare licentiā cū aliis contrahendi Rñ. pa. q̄ nō ne auctor periurij videatur/ nec debet hoc ei prohibere ne si forte falsū iurauit matrimonium impediret sed ē sue cōscientie relinquendū. Nota q̄ actore nō probante reus dz absolui. Item nullus per dictū suū debet dare materiā prierandi q; impu tetur ei. Item relinqui debet sue conscientie.

¶ Clericus. Ca. aliquis clericus iurauit se seruaturū statuta edita in eccā iuramento taliter prestito promisit per iuramentū se seruaturū statutum quoddā quod post prestitum iuramentū factum fuit in eccā. Queritur vtrū tenetur ab obseruatione illius statuti per iuramentum prius factū: Rñ. q̄ ex promissione sua tenet seruare quod promisit sed nō ex debito prestiti iuramenti. Nota q̄ iuramentū nō extēditur ad alia super quibus iuratus ē. Item ex promissione aliquis obligatur.

¶ Iuramentum. Ca. Aliqui litigant corā iudice iudex dēfert iuramētum alteri parti in iudicio illud iuramētum loco probatōis defert/ querit an istud iuramētū sit de necessitate prestādum Rñ pa. q̄ iuramentū hoc recusari nō potest nisi iusta de cā qua allegata et ostensa istud prestare non cogitur sed si vna pars deferet iuramentum alteri parti in iudicio illud iuramentū licite potest recusari vel referri. Ponamus si aliquis cōueniatur actione famosa tunc enī ē licitū referre hmōi iuramentum sane dicit hic q̄ si actor omnino defecit in probatione reus debet absolui quāuis nihil probet sed si presumptio

sit pro actore reo pōtest deferri iuramē tum ad tollendam illam psumptiōez ⁊ suam innocētiam ostendendam ⁊ hoc vtrū est nisi iudex cōsideratis circūstan cijs psonarū et cāe videat iuramētum illud deferendū actori. ‖ Nota in prima pte relationē supr tribus iuramētis. In secūda nota q reus debet absolui si actor oīo defecit i plationē. ‖ Item iura mētuz deferur habito respectu ad hone statem psone et quātitatem cause.

De exceptionibus.

Quiqz Casus. Quesitum fuit a pa. vtrū i psona testi um crimīa obici possunt vt a testimonio repellātur q̄b⁹ ante iuramētū vel depositiones nihil fu erat obiectū Rñ. papa q possunt oppo ni distinguēdo in hūc modum si crimīa obiciātur testibus de quibus nondū fu erāt accusati sed tantū opponūtur i mo dū exceptiōis crimina illa plari debēt anteq̄ cā p sentēciam terminetur que si probata fuerint testes a testimonio repellentur q̄ dicūt canones testes abs q̄ vlla infamia vel suspicōe vt macu la manifesta in ferēdo testimonio requirū tur q si sola crimīa de quibus alio tem pore cōuicti vel cōfessi fuerint in iudicio testes obiciātur a testimoīo repellūtur quia eorū cōfessioni nō est credendū cō tra alios nisi prius se probauerint ino cētes. Ceterū queraret aliqs ecce crimi na probata sunt contra testes in modū exceptiōis nunqd debent testes puniri pena ordinaria Rñ. pa. q propt̄ hoc nō debēt puniri pena ordinaria quia i eos accusatio iuris ordine nō procedit ꝑ suf ficit vt a testimoīo repellantur vbi cri men quod eis obicit nō cōtingit cām de qua. ¶ Nota q testes sine omni infami a debent esse. Item testes cōuicti vt cō fessi de crimine in iudicio a testimoīo re pellūtur. ¶ Item nullus debet puniri si ne accusatore. ‖ Item secūdū modū a gendi punitur aliqs Hec dc. intelligē da est et notāda secūdū illam. c. de testi. testimonium.

¶ A nobis. Casus aliqs ē ex cōicatus maiori excōicatōe puta titius martinus pticipauit titio sciēter i locu tōe vel oratōe et sic martinus ē excōica tus minori excōicatōe. ecce titius accu sat martinū/martinus excipit cōtra ti tium dicens ipsū esse excōicatū maiori excōicatōe. titius replicat cōtra marti nū dicēs tu non potes excipere cōtra me quia tu scienter participasti mēcū i ora tōe vel m locutōe. q̄ritur vtrū martin⁹ possit repellere titium a sua accusatōe nō obstante replicatōe titij. rñ. pa. q ti tius bene potest repelli a sua accusatōe nō obstante replicatōe quia titius remo tus est a cōione fideliū martinus vero so lūmodo a participatōe sacramētorū. No ta q excōicatus maiori excōicatione re pellitur ab agēdo sed mīori excōicatōne ligatus nō repellitur quia nō est remo tus a cōione fidelium.

¶ Cum ecclesiastice. Ca. Quī dam iacobus noīe fuit inuestitus p do mnū pa. de quadam pbenda vacāte in nouarien. ecciā et de mādato ipsius i cor palem possessiōem ipsius prebende īdu ctus quā nō permittebant eū nouarien canonici possidere hoc proposuit iacob⁹ predictus in presentia domni papē Cōtra pars capituli excēptōem quādam p posuit contra ipsū videlicet q i alia eccā beneficiū obtinebat. Ille replicauit cō

tra eos q ipsi plura beneficia in pluribus ecclesijs obtinebant Innoc. cognita veritate mandat laudunen. episcopo quati. dictū iacobū faciat prebende illius pacifica possessione gaudere de qua fuit pr C. inuestitus nō obstāte exceptione predicta quā nō possunt ei obicere cū et ipsi varia beneficia in diuersis ecclās habere noscātur Nota q q fiki ipe dimēto laborat nō pt illd alij opponēti exceptio exceptōe siue ēplicatiōe tollit

Pastoralis. Ca. Quidaz maliciose dilatorias exceptōes ꝓponebāt vt cāsum terminatō differatur ad istorum malicā cōprescendam statuit pa. vt infra certū tempus assignādū a iudice oēs dilatorie exceptōes proponantur ita q si partes post terminū aliquas voluerint proponere quas in termino nō fuerūt protestate nullatenꝰ audiātur nisi de nouo post terminū exorta fuerit. vel nisi ille q eam opponere voluerit fidem faciat iuramēto se post terminū ad illius noticiā ꝓuenisse Nota q iudex potest statuere terminuz ad dilatorias proponēdas nec postmodū possunt proponi nisi in tribus casibus hic cōtentis. s. si fuero protestatus si de nouo mihi cōparat ꝛ si iurem postmodū eaz ad meam noticiam ꝓuenisse Iterz q de nouo emergūt nouo auxlio indigēt Itē p iuramētū probat cōscientia alicuius Itē nota hic casū vbi iuramēto vnius creditur in ꝓiudicium alterius.

Cum inter. Ca. Inter priorem et cōuentū de argētolio ex pte vna et. s. nobilem virū pictauen. dioce. ex altera cōtrouersia sup q̄busdam damnis et rebus alijs vertebatur. partibus corā delegatis iudicibꝰ propt hoc cōstitutis procurator ipsius nobilis excipiēdo ꝓposuit q duos de iudicibus habebat certa ratiōe suspectos procurator monasterij allegauit q cū nobilis excōicatōis vinculo teneretur astrictus exceptionē huius proponere nō valebat. Iudices cō soluerunt dūm pa. et ipse rūt q ipsi nobili quelibet legittima defensio reseruatur in iudicio et precipue iudicis recusatio cū periculosuz sit sub iudice litigare suspecto. et apli. se. iudicibus suspectis cām ex certa sciētia nō cōmittit unde nō cōsideratur fauor excōicati sed equitas iudicantis et absurdū eēt vt reo contra actorē defensionis copia denegetur quia sic condēnaretur q deberz absolui aliqñ nec excōicato deneganda ē absolutōis sniā quando ē in cā absolutōis et si condemnetur potest appellare si contra iusticiā fuerit cōdemnatus et eadem ratiōe alia suffragia in vno et eodē iudicio nō denegātur eidem. Sed excōicatus recōuenire actorem nō potest nedū in defensionē sustinetur ad impugnandū extendat. Nota q periculosū ē litigare sub iudice suspecto. Itē in iudicijs equitas ꝑuanda ē et nō fauor Itē iudicū claudicare nō dz Itē excōicatus potest appellare et oīs legittima dfensio ē illi salua in iudicio sed agere vel reconuenire nō potest. Itē fauorabiliores sunt rei q actores.

Cū venerabilis. Ca. Episcopus sabinen. habebat cām cū monasterio farfen. super eccā sancti viti coram auditoribus vtriqz parti concessis pretebat sabinen episcopꝰ ipsaz eccām a monasterio farfen. cū possessionibus ꝛ pertinentijs suis dicens / eandē tam in tēporalibus quā in spiritualibus pertinere ad eccāz sabinen procuratoꝛ mōasterij nōdum episcopi intētiōe fundata ꝓpterea sic respondit q et si eccā predicta olī fuerit eccē sabinen. subiecta: eā

tamen episcopus nō potest petere cū ex causa permutatōis monasterium eam obtineat. Ad hoc probandum quoddā exhibuit instrumentū in quo prima facie contineri videbatur q̄ theodosius epūs cum assensu canonicorū suorum predictam eccām sancti viti cōcessit monasterio farfen. in cōmutabium q̄ quibusdaz ecclesijs z rebus alijs. Ad hoc episcopus respondet intentionem suam eē fundatā per huiusmodi responsionē q̄ cuz procurator monasterij responderit se dictam eccām ex permutatione facta per sabinen episcopū obtinere per cōsequens cōfitebatur se credere q̄ dicta eccā tpe permutatōis pertinuit ad eccām sabinē. q̄ cōtractus permutatōis celebrari non potest nisi cū vero dño vel cū eo qui loco domini habetur. et ad probandū q̄ dicta eccā pertineret in tpalibus ad episcopū quosdam testes induxit per quos ostēdere nitebatur q̄ ipse disponebat pro vel le suo de bonis ipsius eccē. His z alijs examinatis dominus pa. intellexit dictuz epm intentionē suā nō probauisse per testes vel per responsionē supradicti procuratoris q̄ qui opponit exceptionē nō videtur cōfiteri de intentione aduersarij vel per instrumentū ad hoc exhibitū ex aduerso quia in eo theodosius episcopus a quo permutatio facta proponebatur nō dicitur epūs sabinen quāuis trāssumpto qui procurator vtebatur appositū fuerit sabinen. per vitiū falsitatis licet minime excesserit qui transcriptuz illd falsauit et delictū psone nō dz ī dā nū monasterij redūdare z falsitate exceptio et ante sniam et post obīa possit vsqz ad xx. annos veritate cōperta non vult papa q̄ per hoc monasterio preiudicium generetur. Verūtamen quia cōstitit papē. dictā eccām sitam eē in dioc. sabinen adiudicauit ei ius episcopale in ōnibus in eadē exceptis illis que p̄ authentica scripta eidē epō sunt subtracta cū exempta nō probetur quo ad temporalia eiusdem eccē absoluit monasteriū ab impetitōe episcopi cū super hoc non probauerit se legitima prescriptione munitū. Nota q̄ qui excipit nō confitet de iure aduersarij. Item qui aliud vel aliquid addit vel minuit de instrumento in preiudiciū partis alterius falsarius ē. Item delictū persone nō dz nocere eccē. Item exceptio falsi sp potest proponi vsqz ad xx. annos. Item eo ipso q̄ eccā sita est in dioc. episcopi ei subest in omnibus ad ius episcopale pertinentibus sed q̄ terra nō subest ei in tpalibus nisi illud probetur.

Olim et infra. Ca. Nobilis vir v. cōueniebatur per lras apostolicas coram archiepiscopo treuerēn. ex parte ipsius nobilis fuit propositū coram ipso q̄ auctoritate illaz ītimz responderе nō tenebatur pro eo q̄ vltra duas dietas extra suam dioc. traheretur in cām et quia dictus archiepiscopus hāc exceptionē nō admisit se. ap. appellauit a quo tā procurator ipsius quaz partis aduerse ad se. ap. accesserunt coram qua procurator dicti nobilis predicā proposuit et procurator partis aduerse respondet q̄ dictus nobilis vltra duas dietas extra suam dio. nō trahebatur quia archiepiscopus in tali loco sibi terminū statuit q̄ nō erat remotus ab illo vltra quā per concilium sit prohibitū. Vnde pa. mandat quibusdam iudicibus quatenus si procurator dicti v. poterit probare exceptionem predictam videlicet se trahi in cām vltra duas dietas contra cōcilium generale appellationē ipsius legitimā fuisse pronuncient et

negocio superſederant. Nota q̄ qui appellat a grauamine ante ſmām in cā appellationis dz probare cām appellationis verā fuiſſe et hoc verū eſt quando non obtulit illam ſe probaturū. Itē nota q̄ iudex poteſt remouere grauamen de duabus dictis.

¶ Dilecti filij. Ca. Ruidaz canonicus gracaceñ. M. nomine electus fuit i priorē eiuſdem eccē s. p. et g. ſe opponebāt electioni ipſius vnde contra illos lrās impetrauit ipſi corā iudicibus conſtituti propoſuerunt q̄ dictus .m. non debebat audiri p eo q̄ erat excōicatus z periurus Sed dictus m. contra g et p. in modū replicatōis obiecit periurium z excōicationē contra g. ſ. vt eorū exceptionē elideret: ſed procurator illoꝝ rñt q̄ probatio illius electi ſuper hoc recipi nō debebat quia et ſi illa etiā probaretur nō eēnt propterea a defenſiōe ſue eccleſie repellēdi/etſi excōicatio contra dictum electum probaretur in modum exceptionis repelleretur ab agendo Dz replicatio excōicationis probata nō repelleret a defendendo Judices interlocuti fuerunt q̄ prius reciperent probationes ſuper replicatione premiſſa ꝓpter quod ad ſe. ap. appellarunt mandat pa. quatinus. ſi ē ita reuocetur in irritum quicqd fuit factum poſt appellationem. Nota q̄ excōicati et periuri nō repellūtur a defendendo ‖ Itē nō dz admitti ad probandū quo ꝓbato nō prodeſt.

¶ Apoſtolice ſe. Ca. Duo canonici pragū J. et M accēſſerunt ad ſe. ap. propter ordinationē pragēñ eccē q̄dam volentes impedire propoſitum illorum obiectebant eis quaſdam ſententias ſuſpenſionis et remotionis a beneficiis in modū exceptionis et ipſi reſpondebant ſententias illas nullas eē et hoc probare volebant per teſtes z inſtrumēta. Domnus pa. ne propter hoc impediretur ordinatio pragēñ eccē propt̄ quā venerant ſmās relaxauit ad cautelam Nota q̄ ſuſpenſus ab officio et beneficio nō admittitur ad agendum pro eccē ordinatiōe cū hmōi ſpiritualia tūc temporis poſſidere nō poſſunt nec ageē pro eis poſſunt.

¶ Dilecte i xp̄o. Ca. Inī prioꝝ et cōuentū de bucellia ex parte vna z prioriſſam z cōuentum de cāpoſcia ex altera ſuper quibuſdam decimis queſtio verteꝝbatur Ad petitionē prioris et cōuentus predictorū cōmiſſa fuit cā illa abbati ſancti benedicti et eius cōiudicibus ſed moniales ex grauamine ſufficienti ab eis ſe. ap. appellarunt z nūcium ſuum ad appellationē proſequendam tranſmiſerunt. iudices appellatiōe non obſtante tulerunt ſmām excōmunicatōis in eaſdē ꝑa. appellationis cām commiſit priori de angle et cōiudicibus ſuis nulla mentione habita de ipſa excōmunicatione corā quib9 pars aduerſa propoſuit q̄ cū eſſent excōicate et in lr̄is appellatōis nō fierꝝt mentio de ſententia excōicatōis lata cōtra ipſas lr̄e non valebāt et quia iudices hāc exceptionez nō admittebant/dictus prior ſe. ap. appellauit/ et cām fecit cōmitti priori de gernemue. z cōiudicibus ſuis corā quibus ex parte monialium fuit excipiendo propoſitū q̄ excōicatiōis in eas lata fuit poſt appellatōez legitimā/et cuilibet etiam excōicato defenſionis auxilium in iudicio reſeruatur quare iudices monialiū exceptōez partis aduerſe admittere nō debebāt ſicut ipſi eam admiſerūt z ideo appellatio propter hoc iterpoſita non valuit Dz quia prior de gernemue. et eius cōiudices exceptionem

huiusmõi admittere denegabãt ipse mo
nales se. ap. appellarũt. Vnde mãdat
papa decano linconien. quati. si ẽ ita qd
quid factũ fuerit post appellatõez ipsa
rũz ĩ irritũ reuocetur ꝛ ĩ cã procedatur
iuxta mãdatũ directũ ad priorẽ de ger
nem. et cõiudices suos. Nota q excõica
tus potest appellare et appellationem p
sequi.

Significarunt Ca. canonici
de tornaco elegerunt in suũ archipbẽm
p. clericũ et electionem suam presenta
uerunt archiepiscopo mediolanen. ipse
vero eam renuit cõfirmare n. clericũz
instituens in archipresbiterũ ecclẽ supra
dicte/propter quod clerici ad se. ap. ap
pellarunt. et cãm appellatõis fecerũt cõ
mitti preposito sancti stephani qui ele
ctionem ipsorũz confirmauit pronunci
ans ius eligendi pertinere ad capĩm de
tornaco et absoluens partẽ aduersam
ab impetitione ipsorũ clericorũ. A qua
smã partes ad se. ap. appellarũt: ꝛ cãz
obtinuerunt cõmitti abbati sancti salua
toris papien. et preposito vercellen. co
ram quibus ex parte archiepiscopi et
dicti n. clerici exceptio excõis fuit propo
sita contra capĩm de tornaco iudices non
considerantes q a prosecutione appella
tionis pretextu excõis non debeat quis
excludi cũ omnis defensio legittima ex
cõmunicato in iudicio reseruetur pronũ
ciauerũt partem archiepiscopi nõ esse
cogendam ad respondendũ clericis su
pradictis. propter quod clerici se. ap. ap
pellarunt et significauerunt factũ domi
no pape. Vnde mandat eisdem iudicibus
quati. si est ita procedant in cã exceptio
ne huiusmodi nõ obstante. Nota q ex
communicatus potest appellare et pro
sequi appellationem ꝛ omnis legittima
defensio sibi in iudicio reseruatur.

Exceptionem. Exceptio ex
cõmunicationis inter dilatorias nume
ratur tamen si reus illã scienter obmit
tat nihilominus eam in qualibet parte
litis opponere potest quod ẽ speciale in
hac exceptione cum alie dilatorie ante
litis ingressum sint proponende et hoc
statutum ẽ ne aliquis in periculum aie
sue excõicato cõmunicare cogatur sed si
eam obmiserit vt actor fatigetur labo
ribus ꝛ expensis cõdemnandus ẽ in ex
pensis actori. In fine dicit q si aliquis
est publice excõicatus iudex ex officio
suo ab agendo illũ repellat quãuis hu
ius exceptio nõ opponatur. Nota q ex
ceptio excõicatõis quãuis dilatoria sit
quandocũqz potest opponi Itẽ excõmu
nicatus publice nõ est audiendus licet
a reo de hoc sibi nihil opponatur: quia of
ficio iudicis est repellendus.

Aduersario. Aliquis cõue
nit aduersariũ suũ super aliqua re quã
possidebat tpe litis contes. sed quia post
ea sine dolo desiit rem illam possidere fu
it absolutus postea eandem rẽ cepit pos
sidere actor petit eandem rem. qr an res
iudicata ei obstet. et rñ. pa. q nõ obstz
exceptio rei iudicate. Nota ad hoc vt a
liquis cõdemnetur necesse ẽ vt possi
deat tpe litis cõtes. et tpe quo suã fertur
Item si aliquis possideat tpe litis cõte.
et postea sine dolo desiit possidere absol
ui debet.

Venerabilẽ. Archiepus nar
bonen. appellauit a iudicibus propter gra
uamen sibi illatũ et super appellatione
sua lras impetrauit coram iudicibus ap
pellationis obiciebatur lras nõ valere
pro eo q tempore impetrati rescripti eãt
ex causis aliis excõmunicatus Iudices
cõsuluerunt pa. et ipse rñ. q licet ex ali
is causis tpe impetrati rescripti excõis

vinculo teneretur de quibus i lris suis mentio nō haberetur nihilominꝰ ad p sequēdam appellatōez suā debz admitti quia nihil prodest excōicato appellare si nō posset appellatōez suam prosequi et lras impetrare. Nota q excōicatus pt appellare et prosequi appellationem et litteras impetrare.

De prescriptionibus.

Cacuit. Ca. Episcopi si ue prelati negligebant parrochianos suos reuocare ad catholicaz vnitatē vnde statuit cōcilium istud vt si alicꝫ aliquem locū ad catholicā vnitatē cōuertere.t si p triennīū tenuerit locū illū nemine ipm repetēte de cetero nō repetatur ab eo. et hoc verū est si p ipsū triennīū fuit episcopus qui posset illū repetere et tacuit. Si vero nullus fuerit episcopus nō preiudicetur ecē sed cū eccā episcopū habuerit liceat ex ea die intra triennīū locū ipsū repetere. Itē si episcopus p triēnium illud catholicus nō fuerit nō curratt tūc prescriptio sed si ad catholicā vnitatem cōuersus fuerit ex ea die quo cōuersus fuerit p triennīū habet potestatem repetēdi locū illū qui ptimebat ad ecclesiam suam. Nota q vacāte eccā nō currit prescriptio. Itē nō currit prescriptō eo tempe quo episcopus catholicus nō ē. tūc enī cōpatur vacanti ecclesie.

Nihil est. Ruedaz dña patricia occupauerat partē patrimonij beati petri pa. gregorius scripsit ei q ipsa dimitteret patrionīū illd et ipsa ei rescripsit q ipsa parata erat facere rationem et pa. secundo mandauit eidem q nihil cū scandalo nihil cū strepitu iudicū volebat de causis pauperū diffinire. Vltiō cū ipsa nō dimitteret bona pauperū reducit eidē dñe ad memoriā qualiter olī scripserat sibi dicens q taciturnitas z patia sua nō faciet preiudicū successoribus suis in rebus pauperū. No. ar. nihil cū scandalo faciendum. Itē bona ecclesiarum pauperꝫ sunt. Itē iure inuasa nō currit prescriptio.

Sanctorū patrū. Ca. olim habebat locū prescriptio. xxx. annorū i rebus eccē hodie nō vñ tenet qđ hic dicitur vel sic pone casū ad hoc vt teneat ista dec. rector cuiusdam eccē possedit per xxx. annos quiete quasdā possessiones cuiusdam militis. qr si scripsisset et rñ. q sic vt sequitur in lrā et sic nō tolliturr c. istud per. c. sequens nā ibi loquitur qñ vna eccā prescribit contra aliā hic qñ eccā prescribit contra primatum et iste casꝰ probatur per. §. xvi. q. iij. §. potest Nota q proclamatio sinodalis interrumpit prescriptionem.

De quarta Quidam clericꝰ prescripserat quartā decimarū et oblationū que ad episcopū pertinebant quer batur an posset se tueri contra epm. rñ. pa. q clericus ille potest se tueri ab impetitione epi super quarta predicta prescriptione. xl. annorū nisi interim eccā pastore vacaret qui iura ipsius exigere debuisset. In fine rñ. tacite questioni que posset fieri per canones antiquos i c. precedenti nōne sufficiat prescriptio xx. annorū vt dicunt canones rñ. to. ec. tennalē prescriptionē contra ec. nō admittit Nota q vacante eccā nō currit prescriptio. Itē sola prescriptio xl. ānorum locum hz.

Vigilanti. Ca. Secundū leges male fidei possessor prescribit rem

alterius. Vnde dubitauit quidam episcopus an idem eet secundū canones. Super hoc scribit pa. dicens q valde cauendū est ne male fidei possessores simus in prediis alienis quia nulla antiqua die cum possessio iuuat male fidei possessorem nisi rem restituerit post quā eaz nouerit alienā cuz postea bone fidei possessor dici nō possit ostendens qualiter aliter sit secundum leges. Eplxfimus enī legislator hanc legem inuenit vt locuz haberet prescriptio. xxx. vel xl. annorū in male fidei possessori solū modo propē vitandam negligentiā mnsorū et longi tpis errorem z cōfusionem sed pa. h̄ non placuit siue verus dominus sciat rē suaz prescribi siue ignoret: Nota q diuturnitas tpis peccatū nō minuit ꝫ auget. Itē male fidei possessor nō prescribit. Itē introducta fuit prescriptio contra deos z sui iuris cōceptores.

¶ Ad aures. Ca. Quedā eccā prescripsit decimas in parrochia alterius. xl. annis. queritur an tuta sit eccā prescriptiōe Rñ. cī pa. q d iur melioz ē condicio possidentis: quia prescriptio xl. annorū excludit omnē actionē. Nota q melior est cōdicio possidentis. Itē prescriptio xl. annorū excludit oēz actionē

¶ Causamqz. Ca. Inter archidiaconū reginum z nobilē virū g. questio super decimis vertebatur. ꝑa. cōmisit cām illā mandans iudici quati. cām ipsam debito fine decidat nō obstante prescriptione tpis vel cōcessione alicuius persone ecclesiastice vel secularis si idē g. eam oppo rē voluerit quia cū laici nō possunt possidere decimas eas prescribē non valet. Nota q laici nō possunt possidere decimas aut etiā alia mere spiritualia Itē quod possideri nō potest nō potest prescribi.

¶ Illud aūt. Ca. In canonibs reperitur q qui rem alterius prescribit xxx. annis tutus est prescriptione. que situm fuit a pa. vtrū hodie locū habeat talis prescriptio rñ. q to. ec. nō dimittit vel non admittit minorem prescriptōez quā. xl. annorum licet quidā canones admittant tricenalē. Et si eccā per xl. annos rem aliquā inconcusse possedit aduersus aliā eccāz potest se tueri quadragenaria prescriptiōe si vero dēpscriptione z interruptione questio fuerit inter partes ab vtraqz parte testes recipi debent Et si probata fuerit interruptio p̄scriptio nō valebit. Nota q quadragenaria prescriptio secūdum canones hodie locū habet. Itē prescriptio debet eē cōtinua et nō interrupta.

¶ Quia iudicante. Ca. Inter duos abbates orta fuit questio de finibus papa mandat illaz questionē diffiniendam per agri messores qui ad loca de quibus cōtentio est accedāt z in presentia illorum questionē faciant terminari prescriptione xl. annorū tantum vtriqz parā seruata. Nota questionē de finibus in presentia iudicū terminari. Itē prescriptio xl. annorū hodie locum habet.

¶ Ex transmissa. Ca. Ecclesia de camemone pertinet ad monasteriuz de habendoñ. et homines de sibi et vintoneñ. ecclesiarū sunt parrochiani matricis eccē de camemone. clerici de sibi z vintoñ. mnutatim cē ius parrochiale pretius firmandi subtraxerunt illi matrici eccē salz decimas z oblationes. vnde abbas z monachi de habendoñ. pro eccā sua matrice de camemone cōquesti sunt domino pa. Vnde mandat iudicibus quati. faciant restitui decimas z oblationes cū alijs cōuentionibus predicte matrici

ecē de camemoñ/non obstante prescri
ptione tpe hostilitatis a clericis predic
tarum ecclesiaꝝ. Nota ꝙ monachi pos
sunt habere ecclesias parrochiales et
sic per consequens populum. Itē ma
ior eccā vel monasteriū potest agere pro
ecclesia sibi subiecta. Itē ius parro
chiale generale nomē est vt hic patet.
Itē tempore hostilitatis nō currit pre
scriptio. Itē decime debentur matrici
ecē et nō cappelle.

Accedentes. Ca. ꝓpositus
sancti nazarij. et a. canonicus sancti ste
phani procuratoris cleri ad se. ap. acce
dentes cōquesti sunt de ordinarijs maio
ris ecē ꝙ cū ipsi procurent legatos et
nuncios ap. se. dicti ordinarij nō velint
illos procurare nec aliquid cōferre ad
ꝓcurationes prestandas volens pa. ut
quod omnibus imminet ab oībus expe
tatur mandat abbati decano quati. si
dicti ordinarij per speciale priuilegium
ap. se. a prestandis procurationibus of
tenderūt se īmunes decernant ipsos or
dinarios teneri ad procurationes ordīe
debito faciendas etiā si longissimo tpe
non impenderint ꝓcurationē cū in tali
bus non habeat locū prescriptio. Nota
quod oēs tangit ab omnibus app roba
dum est. Itē res ecē tenentur p procu
rare nuncios et legatos ro. ec. nisi specia
le priuilegium ostendant. Item in ꝓ
curationibus non habet locum prescrip
tio.

Cum non liceat. Ca. Archie
piscopus bracarē. cōquestus est dño
pa. ꝙ priores de costa de sancto torna
to denegabant sibi obedientiam ⁊ reue
rentiam exhibere licet ecē sue in ipsis
archiepiscopatu essent cōstitute dicēres
ꝙ eam sibi exhibere nō cōsueuerūt mā
dat pa. dictis prioribus quatinus predi
cto archiepō exhibeant obedientiā ⁊ re
uerentiam debitā sicut alij clerici sue
diocesis prescriptione tpis non obstan
te. Nota ꝙ contra obedientiam nō cur
rit prescriptio.

Ad audiām. Ca. Inter no
bilem virū matasfelonem ex vna parte
et castellanos de castro palotoli ex alia
questio vertebatur super quibusdam in
ribus que nobilis predictus dicebat se
debere percipere in dicto castro pro ecā
ro. partibꝰ propter hoc in presentia pa.
constitutis. Ex parte ipsius nobilis ꝓ
ponebatur ꝙ alex. papa cōcesserat indi
cto castro sibi xl. sol. papien. quos ro.
ec. ibi cōsueuit percipere annuatim. In
super cōmestiones placita tonna foris
facta ⁊ omnia iura que ibi ro. ec. habe
bat. castellanus econtra dicebat se ad
ea nulla ratione teneri. ad quod ꝓban
dum predictus nobilis inducebat primi
legium alex. et librum censualez et hoc
id nitebatur probare per testes qui dice
bant se vidisse predictum censum nunci
is apostolice sedis a l. annis et infra fu
isse solutū Sed ex aduerso fuit respon
sum ꝙ nec priuilegiū nec liber censuat
aliquid cōferebant cū ipse priuilegio v
sus non fuerit spacio xxx. annorū nec li
ber censualis quia suspectus erat ex eo
ꝙ nō fuerat inuentus in camera pa. et
notarius aliter scripserat dicta testiuz
quam dixissent. Dominus papa cōside
rans potius auctoritate priuilegij quā
dicta testium nec librum censualem ha
bet suspectum licet in camera pape non
fuisset inuentus nec credat notarium
aliter scripsisse dicta testium quā dixis
sent. Considerans insuper ꝙ est longe
validis negocium ipsum tangere prin
cipaliter ro. ec. contra quam nō nisi cen
tenaria currit prescriptio condēnauit

dictum castellanū in solutione omnium petitorum iniungendo eidem vt dicto nobili non tanquā sibi sed tanquā ro.ec. cuius auctoritate ꝺz ꝓcipere predicta et cuius etiā vasallus propter predicta existit ꝓsoluat. ¶ Nota casum vbi magis creditur priuilegio quā testibus. Itē liber censualis fidem facit. Itē ꝓsumuntur pro illo q̄ officium suū iurauit fideliter adimplere. ¶ Itē contra ro.ec. non currit prescriptio nisi centum annorum.

¶ Cum nobis. Ca. Hildesemē. episcopus mouit questionē subiectionis contra monasteriū segundesen. et eccāz romanā dicens q̄ prescripserat libertatem contra monasterium pa. cōmisit q̄busdam abbatibus vt reciperent testes ēpi ad probandam prescriptionē cōtra libertatē monasteriȳ ꝑ postꝰ inchoata fuit prescriptio contra monasteriū sassura triū sasmatū fuit in eccā ro. vnde pa. iterū scribit eisdem abbatibus dicēs q̄ tam iure canonico quā ciuili ro.eccl. gaudet priuilegio speciali vt contra eā nō curreat prescriptio nisi centū annorū tamē non vult pa. tēpora triū sasmatum cōputare in prescriptione sed de medio prescriptionis deduci. ¶ Nota q̄ ro.ec. gaudet priuilegio speciali centū annorū nō solum in rebus propriȳs sed etiā in ecclesiȳs sibi immediate specialiter subiectis. ¶ Itē tempore sasmatis non curit prescriptio.

¶ Auditis. Ca. Inter epm vigo. et abbatem de euesham vertebatur controuersia super quibusdam ecclesiȳs in valle de euesham constitutis quas episcopus dicebat ad se spectare quo ad legem diocesanam: cā super his cōmissa fuit iudicibus corā q̄bꝰ petit epꝰ eccās illas sibi debere subesse quo ad legem diocesanaz et omnia iura episcopalia sibi debere adiudicari in illis ecclesiȳs. Abbas vero dicebat eccās illas ab eius iurisdictione prorsus exemptas per priuilegia vel si priuil. nō sufficerent dicebāt se eccās illas legittime prescripsisse super his vtreq; pars suas probationes induxit abbas induxit tam priuilegia quam testes ad probandā intentionem super et episcopus ad probandam interruptionē. Tādē cā sic instructa remissa fuit ad se ap. Post allegationes multiplices intellexit episcopus licet q̄ abbas per priuilegia nō probasset suā intentionem tamē probauerat prescriptionē vnde contra prescriptionem petit epꝰ se admitti per beneficiū restitutōis ad probandam q̄ vigor. eccā tanto tpe vacauerat q̄ tpe vacationis subducto prescripto nō fuit cōpleta. Abbas videns q̄ ista probatio preiudicabat sibi i totū petit se admtti per idē beneficiū ad probandū q̄ vallis de euesham est ille locus qui fuit per duos reges libertate donatꝰ quē celestinꝰ pa. libertati donauit pa. videns q̄. vtraq; eccā necessariam probationē obmisit vtranq; restituit contra alteram in predictis articulis sed quia probatio abbatis preiudicat erat mādat pa. iudicibus quati. inspiciāt priuilegia Re. et of. regū que abbas super libertate premissa asserit se habere et si per illa cōstiterit q̄ vallis de euesham sit ille locus quē celesti. libertati donauit absoluant abbatē ab impetitione episcopi super ecclesiȳs predictis epꝰ super illis silentiū imponentes. Si vero abbas in hac probatione defecerit audiāt probationes ēpi super tpe quo infra xl. annos sedes episcopalis vacauit et si p tantum tēpus vacasse constiterit q̄ illo subducto prescriptio non sit cōple

ta adiudicēt episcopo ius episcopale ī il lis ecclesiīs abbati silentiū imponendo. Si aūt episcopus hanc exceptionē non probauerit tñ quia iō probauit interruptionem in quibusdā articulis adiudicēt eidem ius episcopale in illis dūmō infra xl. ānos interruptio facta fuit ī cēteris in quibus abbas prescriptionē probauit episcopo silentiū imponēdum. Nota quod ius episcopale generale nomen est et habet multas species sub se. vt hic patet. Item de vna defensione pōt ꝺs transire ad contrariā quia prescriptio et priuilegiū cōtraria sunt. et tñ abbas hic admissus fuit ad vtrūqz sed subalternatōe illud fieri debet. Item priuilegiū regale declarat priuilegiū pape z sic priuilegiuz obscurū nō probat. Item tempus vacantis ecclesie debet deduci de prescriptōe. Item licet quis prescribat in vno articulo non tamen in alio.

¶ Cū dilectus Ca. canonici metēn. talē fecerūt cōstitutōem in ecc̄a sua q in absentia sua nihil perciperent. magister O. eiusdē ecc̄e canonicus existēs in curia romana in seruitio dñi pa. petebat ab eis beneficiū suū sed ipsi occasione dicte constitutōis illud denegabant. mandat pa. canonicis metēn. quatinus non obstante illa cōstitutione que facta ē contra absentes. debeant eidem magistro assignare fructus prebende sue existenti in seruicio dñi pa. q illi q̄ in seruicio pa. cōmorāt nō debent gaudere mīori prerogatiua. q̄ illi qui in ecc̄a cōmorantur quia per ipsos presentiū negocia sepius promouentur. istud intelligo de gratia q mandat dari beneficiū. non obstante illa cōstitutione. Nota q qui ē in seruicio dñi pa. ecc̄e sue deseruire dicitur.

¶ Ad audientiā. Ca. canonici meldēn. quandā cōstitutōem fecerunt iuramento interposito cōfirmatā q canonici nihil perciperent nisi in ecc̄a residerent. illis exceptis qui propter infirmitatē excusarētur. et qui eēnt in seruitio apostolice sedis episcopus q̄q̄z haberent aliquos in seruicio suo de canonicis et capitulū occasione illius cōstitutōis subtrahebat illis fructus prebendarū suarum. et ita eīs non poterat eos habēre quando volebat ℞ sibi expediebat. peruenit hoc ad noticiā domini pa. sup hoc statuit pa. vt duo de canonicis existēntes in seruicio epi integre percipiant fructus prebendarū suarū. quia absentes dici nō debent qui in seruicio episcopi cōmorātur Nota q qui infirmus ē quasi deseruire intelligitur vnde integre percipit p̄bendam. Item non dicit absens qui in seruicio episcopi ℞ ecc̄e cōmoratur.

¶ Cum ad hoc. ca. Anthiochena ecc̄a propter absentiā illorū qui seruire debebant i ecc̄a destituta erat ministris occasione quarundā indulgentiar quas super hoc se habēre dicebant. petijt patriarcha super hoc ecc̄e sue prouideri vnde mandat pa. patriarche quatinus nō obstante siue obstantibus apostolicis indulgencijs et predecessorū ipsius patriarche silencio. reuocet canonicos absentes et quosdā alios qui appellantur assisij. i. continue residentes et si non venerint de beneficijs ipsorū faciat ecc̄e deseruire dū sunt absentes. et quod superfuerit in vtilitatē ecc̄e cōuertatur de iure tamē poterant priuari. sed pa. voluit in hoc eis facere gratiā. Nota q clerici absentes possunt reuocari a prelatis suis q̄uis indulgentia pa. sint munīti. Item ex cā cessat siue perditur primi legium.

¶ Clericos. Ca. Quidā clerici assecuti sunt beneficia que requirunt residentiā in ecclesijs dioc. sue. isti clerici transitant ad alienā dioc. cā morandi sine licentia sui episcopi cōsultus pa. q̄d de talibus sit agendū. respondet q si moniti nō redierīt ad terminū sibi datū spoliandi sūt ecclesijs illis. nisi ostenderint rationabilē cām quare nō possint redire Nota q qualitercūq̄z clerici sint absentes de licentia. vel sine licentia prelati sui sp vocandi sūt anteqū procedat cōtra

eos. ‖ Itē si cām rationabilē ostendant quare venire nō pñt nō puniūtur.

De prebendis ⁊ dignitatibus.

Ut nullus. Ca. Dicit hic q nullus dz ecclesiastica bona quererē iure cōsanguinitatis. Nota q hereditaria successio nō hz locū in spiritualibus.

Non liceat. Ca. Dicitur hic q epūs aut nō faciat clericos. aut si fecerit. dz illis prouidere vnde possint viuer ‖ Nota q episcopus dz prouidere ordinatis ab ipso.

Ratio nulla. Ca. Dicit hic q nulla rō sinit vt aliquis proprijs applicet vsibus. qđ pro cōmuni vtilitate est datū. ‖ Nota q nullus rem ecclē i ra sibi appropriare dz vt ira suā reputz. ſ. q possit eā alienare.

Epūs si. Ca. Statuit lat. cō al. q episcopi nullū debeant ordinare sine certo titulo in diaconū vel presbiterū et idē intellige de subdiacono qđ si fecerint tādiu ministrent illi necessaria donec in aliqua eccā sibi cōueniens beneficiū assignetur. nisi de sua vel paterna hereditate subsidiū vite possit habere. ‖ Nota q nullus dz ordinari sine certo titulo et si ordinatus fuerit. dz ei ordinator prouidere ‖ Itē ad titulū sui p̄monij pōt quis ordinari.

Quia intantū. Quidā ambitōe ducti nolunt eē cōtenti vna vel duabus ecclesijs. aut etiā tribus. sed quod cūq; pñt acquirunt. cū etiam duabus seruire non pñt. precipit lat. cō al. q ambitio istorū corrigatur per episcopos. in quorū iurisdictione clerici cōsistunt. et de beneficijs istorū qui obtinent contra canones ⁊ periculū aiarum inducunt. prouideatur pauperibus clericis qui ec clesijs valeant deseruire. nota q nemo potest habere duas eccās sine periculo aie. nisi dispensatiue per papam. Itē diligentibus et deseruire volentibus dñt eccē conferri.

Cum teneamur. ca. Aliquis habens sufficiens beneficiū impetrauit lrās pro alio beneficio in alia eccā obtinendo nec fecit mentionē de beneficio qđ habebat. quesitum fuit a pa. vtrū teneretur ille cui lrē dirigūtur prouidere illi auctoritate illarū lrārum. Rñt pa. si mādatum nostrū receperis sup prouisione illius qui hz aliud sufficiens beneficiū patienter sustinebimus si non feceris qđ mādamus nisi de beneficio suo in litteris nostris fiat mētio. vel si nō potes ei prouidere sine scandalo nota q oportet mandatū domini pa. adimplere. nisi subsit ratio nō adimplendi. Itē si quis habens beneficiū cōpetēs lrās impetrauerit ad aliud obtinendū. nisi fecerint mentionē de alio beneficio nō valent. Itē pter scandalū multa sunt dimittē da. q aliās fieri deberēt.

Referente. ca. Quidam pbr̄ in archidiaconatu cuiusdā archidiaconi habebat duas eccās. archidiaconus spoliauit illā alta illarū et assignauit illā cuidam alij presbitero g nomine pter quod presbiter ille appellauit ad metropolitanū suū. ſ. remen. archiepiscopum et sic archiepiscopus restituit illi eccāz post hoc archidiaconus vocauit illum presbiterū ad presentiā suā et quia ille nō venit archidiaconus excōicauit eum ꝺ presbiter cōquestus ē dño pa. Vnde pa. fecit illū absolui a sniā qua tenebatur. mādat episcopo dioc. vt ille presbiter vnā de predictis ecclesijs eligat quā voluerit. alterā assignet predicto g. cui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

archidiaconus eã contulerat si non hz
aliud beneficiũ. alioquin cõcedat illã alij
persone idonee beneficiũ non habenti.
Nota q hic appellatur ad metropolita
nũ omisso medio qđ est contra ius. // Sed
consuetudo ẽ vt ad illũ metropoli. appel
latur omisso medio. // Itẽ nota q archi
diaconus potest excõicare quod pz per
hoc q a tali sniã absoluitur iste hic.
Itẽ nota q olim secundũ hãc decretalẽ
qui habebat plures eccãs eligere pote
rat quã volebat altera relicta. hoc hodi
e non hz locũ. qz recipiendo secundã va
cat prima. Itẽ nemo potest habere du
as eccãs vt hic pz. Itẽ beneficiũ nõ ha
benti ẽ dandum.

¶ Maioribus. Ca. Quidã pre
lati beneficia minorũ clericorum diuide
bant in plura beneficia maioribus bene
ficijs in sua integritate manẽtibus con
cil. turoñ. vidẽs q hoc erat iniquũ. sta
tuit q eccã seruet vnitatẽ sine aliqua
sectione in minoribus beneficijs sicut ĩ
maioribus. vt de cetero nulla fiat diuisi
o prebendarũ aut etiã dignitatũ pmu
tatio. Nota q ad vnã prebendã plures
eligi nõ possunt. et si fiat nõ valet. // Itẽ
idẽ iuris ẽ in minoribus sicut in maiori
bus ¶ Itẽ prebenda diuidi nõ dz // Itẽ
permutatõ dignitatũ fieri nõ dz qđ vex
est sine auctoritate superioris.

¶ Relatũ est Ca. Archiepisco
pus cantuarien. instituit ĩ eccã sua ma
gistrũ iacobum in canonicum cũet in fra
trem. et promisit eidẽ cõferre primã pre
bendaz que in ipsa eccã vacauerit. z as
signauit eidẽ aliquã portionẽ quousqz
prebendã integrã cõferret eidẽ. Sed cũ
postmodũ in eccã ipsa prebende vacas
sent archiepus nõ adimpleuit suã pmis
sionẽ. vnde iste iacobus accessit ad pa.
et expposuit ei qualiter archiepiscopus
se habuerat erga eũ. Scribit pa. archie
piscopo dicens. q postq̃ dictus iacobus
est instituetus canonicus in ipsa eccã. z
promisit ei dare prebendã primo vaca
turã dignũ est vt integrã debeat habere
prebendã. vnde mandat ipsi archiepis
copo quatinus si dictus iacobus fuerit
in eccã canonice instituetus et in choro ca
pitulo z alijs quorũ cõis est vsus habz
sicut canonicus potestatẽ ei prebendaz
si qua vacat vel quã primo vacare con
tigerit assignet secundũ q ipse promi
sit. qz inconueniẽs est ut prebenda care
at qui in canonicũ ẽ receptus. Nota q
aliquis potest recipi in canonicũ et vaca
turã expectare prebendã. ita tamẽ q
aliquid participat vt hic percipiebat.
// Itẽ promissum adimplendũ ẽ. // Item
qui ẽ canonicus receptus nõ dz carere
prebenda.

¶ Quaricie. Ca. Quidã mona
chi z canonici regulares de ecclesijs su
is certas pensiones annuatim recipere
cõsueuerunt sed ipsi portiões et antiqs
redditus quos clerici ipsarũ eccãrum p
cipiebant. diminuerunt et prochias su
as diuidebant sine cõsensu archiepisco
pi sui. vnde mandat pa. predictis regu
laribus quatinus si quas portiones vel
antiquos redditus clericorũ sine cõsen
su archiepiscopi diminuerũt vel parro
chias diuiserunt ad integritatẽ pristi
nam debeant reuocare. // Nota q mona
chi certas portiones vel redditus quos
percipiunt clerici in ecclesijs ipsorũ sine
cõsensu diocesani sui diminuere non pos
sunt vel diuidere vnam parrochiam in
duas.

¶ Significarum. Ca. Quedã
prebenda vacauit in quadã eccã prepo
situs et capitulũ illius eccẽ cõi cõsensu
et volũtate statuerunt vt quicũqz ad

ipsam prebendā eligeretur missam de sancta maria quotidie celebraret. nisi eēt corporis infirmitate grauatus. nec eccām dimitteret sine cōsensu prepositi capituli et ꝙ iura illius prebende non alienaret quo facto electus ē quidā sacerdos ad illā prebendā preposit⁹ ⁊ capitulū retinent a pa. vt institutōem ipsius deberet cōfirmare. et dōs pa. ipsaz cōfirmauit. itu ꝙ sacerdos ille assidue dz officium suū impendere ipsi eccē. nisi fuerit corporis infirmitate grauatus. et quanto frequentius poterit salua honestate sua missarū solemnia celebrāt nec liceat sibi hoc officiū subtrahere illi eccē nec ad aliā se transferre. ‖ Nota ꝙ vacante beneficio potest bonus impōni ipsi beneficio dū tamē bonus sit licitum ⁊ honestū. Itē cōdicio vt hic dicitur locū hz in spiritualibus. sed nō ita intelligitur imo honeris ē determinatō ‖ Itē sacerdos potest aliquid accipere vt missam celebret.

¶ De monachis. Ca. Quidam monachi habent eccās suas in quibus ponunt vicarios suos. et istos vicarios in tantū grauant ꝙ hospitalitatē ꝑuare nō possunt nec episcopalia iura solue re mandat pa. uigornicen. epō in cuius iurisdictione sunt isti monachi ꝙ nullū recipiat ad presentatōem monachorū. nisi tantū ei de prouentibus eccē coraz ipso fuerit assignatum. vnde possit hospitalitatē ꝑuare et epalia iura psoluē Hanc portionē non poterūt monachi diminuere sine cōsensu epi et sic potest intelligi capitulū. s. e. auarice. Nota ꝙ clerici tenentur ad hospitalitatē. ‖ Itē cōpetēter dz quis beneficiari. ita ꝙ possit cōmode sustentari et iura episcopalia psoluere.

¶ Ad hoc. Ca. In hoc capitulo et sequenti dicitur ꝙ nullus potest habere plures dignitates vel psonatus in vna eccā aut etiā in diuersis. et hoc ius cōmetur m istis duobus capitulis. ‖ Nota ex istis duobus capitulis ꝙ nullus potest habere plures dignitates vel psonatus.

¶ Preterea. Ca. Quidā g. erat archidiaconus in duabus ecclesijs. s. in toloson. et in burdegaleñ. et mxtraqz professus. quia monachi sunt. queritur quid iuris. Respondetur ꝙ eligat vnū quē maluerit. et m alio instituat psona idonea.

¶ Cū non ignoret. Ca. Archipresbiteri et clerici cuiusdam plebis elegerunt quendā presbiterū rectorē cuiusdam eccē in suū presbiterū siue i cappellanū suū et ipse cōsensit electioni. volebat tamē locū habere in vtraqz eccā archiepiscopi et clerici cōtradicebant. volentes ꝙ in sua eccā resideret. et sic orta fuit super hoc questio inter ipsos. Vnde nuncius presbiteri et quidā clerici alterius eccē ad se. ꝙ accesserunt omnus pa. andituꝰ hinc et inde propositē cōsiderans ꝙ nō est cōueniens vt idz presbiter locū habeat in duabus ecclesijs. mandat archiepiscopo i annen. vt dictū presbiterū beneficio quod hz faciat manere cōtentū. et si archipresbit et clerici cōsenserint. et modo dissentiāt nō dz cū ipsorū scandalo in eorū eccālocum habere. Nota ꝙ vna eccā vnū tantum dz habere rectorē. cū in vno corpe duo capita eē non debeant. nec vnus rector dz preesse pluribus ecclesijs. Itē propter scandalū aliquis repellitur ab obtinendo beneficio. Itē ar. ꝙ ex quo aliqui cōsentiunt in aliquē possunt dissētire et hoc propter scandalum et isti dissentiebant. quia presbiter ille nolebat

dimittere primã eccãm.

¶ Cũ secundũ apostolũ ‖ Sume casum ad medietatẽ capituli ibi idẽ est etc. ‖ Ca. epõs zamorẽñ. ordinauit in subdiaconũ quendã clericũ g nomine sine aliquo titulo tamẽ morte preuentus eidem clerico in beneficio ecclesiastico nõ prouidit. postmo dũ successor illius rectus nõ prouidebat eidẽ. accessit ad pa. exponens eidẽ qualiter predecessor illius ordinauerat ipsũ in subdiaconũ. scripsit pa. quibusdã vt illũ subdiaconũ examinarent si dignus eẽt ad ecclesiasticũ beneficiũ obtinendũ prius episcopo zamorẽñ citato vt examinatõi interesit vnde scribit pa. zamorẽñ episcopo. q cũ clericus ille a predecessore ipsius ordinatus fuerit sine certo titulo si examinatores predicti eo citato vt examinationi ipsius interesit per se vel per aliũ et vt liceat sibi proponere quicqd rationabiliter duxerit proponendũ. tã super idoneitate psone q̃ etiã sup quantitate ꝛ qualitate beneficij illũ inuenerint eẽ indignũ. tã diu necessaria vite sibi ministret. donec in ecclã zamorẽñ. vel alia per ipsũ beneficiũ fuerit cõpetens assecutus. ſcitur9 pro certo. q̃ si dignus repertus fuerit et ipse episcopus ei neglexerit prouidere cũ pa. super hoc fuerit requisitus cõpellet ipsũ per districtõem ecclesiasticã ad prouisionẽ ipsius occasione huiusnegocij pa. premittit illa q̃ põdunt. hoc modo dixit apostolus qui altari seruit viuere dz de altari. et qui ad bonus assumit emolimentũ dz inde habere. ergo pz q̃ clerici qui deputati sunt obsequio ihesu xpi de ipsius patrimonio viuere debẽt clerici enĩ a clero9 quod ẽ sors appellantur et ideo dũ ordinãtur vel assumũtur ĩ hereditatẽ dñi vel assecũtur hereditatẽ in ipso. lz ante predecessores ĩnocentij ordinatões eorũ qui sine certo titulo p mouentur q̃tus ad executõem irritas eẽ voluerint et manes in iniuria ordinãtium. innocẽtius volens benignius agere cũ taliter ordinatis statuit q̃ per ipsos ordinatores vel successores eorũ tã diu puideatur ordinatis. donec per eos bñficia eccãstica fuerit cõsecuti. No. q̃ altari seruit de altari viuere dz. ‖ Itez ad quẽ spectat honus et emolimentũ. ‖ Itẽ qui aliquẽ ordinat vel ordinari facit ad sacrũ ordinẽ puidere tenetur eidẽ donec per ipsũ ordinatus beneficiũ ecclesiasticũ fuerit assecutus. ‖ Itẽ si epõs simpliciter scribatur vt alicui prouideat in eccã sua. non solũ in cathedrali eccã potest prouidere sed etiã in prochiali.

¶ Inter cetera. ‖ Ca. Vuer. et hug. permutatões suarũ prebendarum affectantes eas in manu pa. renũciauerunt. postmodũ mandauit pa. decano remensi vt de prebenda vuer. inuestiret hug. sed episcopus hoc intelligens contulit eã magistro p. vnde orta lite inter magistrũ p. et hug. dominus pa. reuocauit prefatã renunciatõem et vtriq; restituit bñficiũ suũ. ꝛne magister p. remaneret frustratus spe sua mandz pa. episcopo. vt prebendã alicui nõ conferas donec assignauerit magistro p. prebendale beneficiũ in eadẽ eccã. et si contra fecerit illud cassat ne fraudulenter visus sit illi contulisse prebendã. Nota q̃ vbi ponitur ista clausula q̃ si contra factũ fuerit decernimus irritũ ꝛ inane quicqd fit postea ipso iure non tenet. Itẽ q̃ dat beneficiũ qd dare nõ potest. tenetur dare beneficiũ qd dare põt. ne fraudulenter visus sit ei beneficiũ cõtulisse.

¶ Cum iã dudũ. ‖ Ca. vacante prepositura siduunensi a quibusdã canonicis eccã siduñ. electus fuit quidã noie

ioannes de betunia. maiori parte capituli prius appellante. de quibusdam canonicis absentibus et nō vocatis ad petitōem istius ioannis commissa fuit cā quibusdam iudicibus. iudices illi cōfirmauerunt electionē ipsius ioannis. tandem cā cōmissa fuit aliis iudicibus ad petitōem partis aduerse. et illi cassauerunt cōfirmatōez primorū iudicū. dm̄ pa. cassauit processus primorū et secundorū iudicū reducens cām in eū statū in quo erat ante primā cōmissionē istis ōmibus sic pactis. R. fidiem canonicus opposuit se isti ioanni ꝓponens multa contra ipsū. s. pluralitatē dignitatū et beneficiorū. contra cōal. lat. et ꝙ die intrusionis sue ante cōfirmatōem administrare presūpsit. et post cassatōem cōfirmatōis electiōis sue ministrauit. his et aliis auditis mandat dñs pa. quibusdam iudicibus ꝙ si inuenerint predictū ioannē habere plures dignitates atq; prebendas aut aliquod aliud de premissis qđ sufficiat inuenerint eē vtrū eidez io. super ipsa prepositura silentiū imponant ab impetitione ipsius fidiū. eccē absoluentes. m̄ fine vñt pa. quasi tacite q̄stiōm. posset quis opponere domino pa. quare vos istū repellitis multi sunt qui habent pluralitatē dignitatū z beneficiorū multa per patientiā tolleratē que si in iudicū deducerentur. exigente iustitia cassarētur. ¶ Nota ꝙ qui habet plures dignitates seu psonatus sine dispensatione pa. meligibilis ē ¶ Itē ante cōfirmatōem nemo dz administrare. qđ si fecerit dz eius electio cassari. ¶ Item per patientiā multa tolleratur. q̄ non denunciātur vel accusantur. que si ī iudicū deducerētur. secundum iusticiam cassarentur.

¶ Dilectus filius. ca. episcopo ligoñ. de mādato domini celestini papa cuidam clerico g. nomine quandā pbendam in eccā lingoñ. assignauit. sed capitulū lingoñ. noluit ipsū recipere ad eādem. tandē ad instantiā remeñ. archiepiscopi. tunc episcopi prenestini apostolice sedis legati talis cōpositio inter capitulū et g. mediante fuit ꝙ receptus fuit in canonicū et in fratrē cōcesso sibi stallo in choro et loco in capitulo et participatione diuinorū. ita tamē ꝙ fructus pbende recipere nō haberet. nisi loco prīo vacature sed quia plures prebēde post modū vacauerunt. nec eidē g. aliquam assignauerunt accessit ad pa. proponēs eidem omnia supradicta. scribit pa. iudicibus dicēs dictū g. in canonicū recipi. canonicas non obuiat institutis. sed vacaturā expectare prebendā ē contra late. conal. vnde pa. factū legati in eo qđ dictum g. recipi fecit in canonicū z ī fratrem approbauit. sed ꝙ nihil reciperet nisi loco proxime vacature reprobauit. qz vero indignū est vt receptus in canonicum beneficio careat mandat iudicibus vt episcopū et capitulū cōpellant vt ei prebendā cū se facultas obtulerit assignent et portiones quotidianas que fiunt in eccā. faciant assignari eidem. ¶ Nota ꝙ aliquis potest recipi in canonicum sine assignatione prebende. dūmō aliquid sibi assignetur tp̄ canonico et si additur ꝙ nihil percipiat nisi cū vacauerit prebenda. hoc nō licet p̄ sic potest recipi. recipimus te in fratrē et prouidebimus tibi cū facultas se obtulerit. istō non ē contra cōaliū. Itē sniā pro parte tenet et pro parte non tenet. ¶ Item vtile non vitiat̄ per inutile nec licitum per illicitum.

¶ Tue fraternitatis. Ca. Aliquando cōtingit ꝙ ad vnā prebendam

t

vacantē. duo eligūtur ꝓpter ipportunita
tem ꝓtentiū queſitū fuit a pa. an talis
electio de iure teneat. papa · conſiderans
ꝙ ſi duo vnā prebendā tenerent · quod
eēt contra cōcilium turoñ. qđ prebenda
rum inhibet ſectionē. et ſi vnus illorum
prebendā haberet. alter illorū ſub exꝑ
tatione contra lat. cōcil. remaneret rñ
pa. ꝙ talis electio de rigore iuris ē caſ
ſanda. ¶ Nota ꝙ que ꝓ importunitatē fi
unt · valere nō debent. ¶ Itē prebenda di
uidi non dz. ¶ Itē electiones cōtra iura
facte non valent. et ipſo iure nulle ſūt.

¶ Niſi eſſent · Ca. Vacante q̄
dam prioratu duo fuerūt electi ad ipm
cui cōmiſſa fuit ſuper his duabus electi
onibus vt negociū poſſet facilius exꝑ
diri partes cōpromiſerūt ſup iſtis dua
bus electionibus in iudices delegatos re
tenta ſibi iuriſdictiōe delegata. iudices
iſti ſiue arbitri ꝓ bono pacis ⁊ cōcor
die ordinauerunt ꝙ vnus electus prio
ratum haberet · alter vero xx. libras ꝓ
ciꝑeret annuatim de redditibus capituli
xl. libras ꝓciꝑeret ānuatim de ꝓuenti
bus prioratus · et hec ordinatio ab oīb
dz recepta ē⁊ approbata · tandem petie
runt illā ordinatōem ꝓ ſe. ap. cōfirmari
Super hoc ſcribit pa. dicens ꝙ illam or
dinatōem haberet valde ſuſpectam ꝓp
malum exēplum niſi tā illi qui eā fece
runt · ꝙ illi circa quos facta fuit eſſent
viri prouidi ⁊ honeſti. qđ enim factum
fuit ꝑ illos vt vnus de duobus electis
habeat prioratū. hoc factū fuit ſecundū
iuſticiam ex delegata iuriſdictione. qđ
de altera factū eſt vt ipſe habeat xx. li
bras de redditibus capituli et xl. de ꝓ
uentibus prioratus ꝓcipiat ānuatim.
hoc ſcrutiū ꝓuidentiā fuit ordinatū. ex
arbitraria poteſtate cū in delegatos fu
erit cōpromiſſum. retenta iuriſdictione
delegata. ⁊ pro bono pacis. et cōcordie cō
feſſi ſunt ſe hoc feciſſe. quia ordinatio iſ
ta ab oībus ē recepta et prior ⁊ capitu
lum. ꝓuiſionē iſtam ſine grauamine poſ
ſunt exhibere. que facta fuit non ex pa
ctione partiū ſed ex iudicū ꝓuiſione pro
bono pacis pa. eā tolerat hoc modo vt vi
delicet dignitas prioratus nō remane
at honerata ita ꝙ defuncto priore ſucceſ
ſor eius ad preſtationē xl. li. nullatenꝰ
teneat ne ēcā prouētus prioratꝰ aliq̄ ſe
ctio fieri videatur. Nota propter hone
ſtatē ꝑſone preſumitur pro ipſo. Itē
aliquis poteſt vti ſemel delegata et ar
bitraria poteſtate. Itē pro bono pacis
aliqua ſunt toleranda que alias repro
tarentur. ¶ Itē que fiunt ex pactione
partiū circa ſpūalia illicita preſumūtur

¶ Itē prouiſio iſta fuit ꝑſonalis nō ta
men tranſit ad ſucceſſorē.

¶ Pro illorū. Ca. pa. mandauit
archiepō burdegaleñ. vt in aliqua eccā
rum ſuarū magiſtro p. cōtens beneſi
cium faceret aſſignari contradictores ꝓ
cenſurā eccleſiaſticā cōpſcendo. recepto
iſto mandato mandauit decano et capi
tulo xantoñ. vt dictū magiſtrū reciꝑēt
in canonicū et in fratrē. canonici xātoñ
ex aduerſo dicebant ꝙ habebant certum
numerū canonicorū et ideo ipſū recipere
non tenebant. Archiepiſcopus intelli
gens ꝙ ipſi abuſi fuerant indulgentia
de certo numero canonicorū dictū magi
ſtrum de prebenda ⁊ canonia xantoñ. ec
cleſie inueſtiuit et cōtradictores excōica
uit. et quia canonici non recipiebāt eun
dem. iterū accеſſit ad pa. petens ſuper hoc
ſibi prouideri. ſcribit pa. quibuſdā dicēs
ꝙ de predicto magiſtro ꝑ dictū archie
piſcopū prouide factū fuit auctoritate
ſua noluit ratū habere mandat quatin9
ſi cōſtiterit predictos canonicos indul

gentiã de certo canonicorũ numero non seruasse. auctoritate propria aliquem vltra cõstitutũ numerũ in canonicũ recepisse sniãm excõis quã tulit archiepiscopus in eos dẽ tãdiu faciant obseruari donec dictũ magistrũ recipiant in canonicũ et in fratrẽ. et ea que ad canonicam cum pertinẽt duxerint assignanda. cum legẽ domino pa. imponere nõ possint. ꝙ ipsi negligant obseruare. ¶ Nota ꝙ si scribit pa. archiepiscopo vt det alicui in aliqua eccãrum suarũ prebendã. potest dare prebendã in qualibet eccã sui suffraganei. ¶ Itẽ per hanc dec. probatur ꝙ ex vi hmõi mandati non possit executor mittere in possessionẽ corporalẽ. licz sit ar. cõtra ex eo quod dicit de xantoñ. eccẽ prebenda inuestiuit. sed hoc solum in glosa que incipit per talẽ. ¶ Itẽ qui auctoritate propria venit contra indulgentiã in hoc casu amittit eã. ¶ Itẽ excõmunicati recipiunt aliquẽ in frẽm et valet receptio. et sic ar. ꝙ excõicati possũt eligere. sed non ẽ verum.

¶ Tuis questionibus Ca. quidam clerici in minoribus cõstituti nõdũ fuerant beneficiũ ecclesiasticũ assecuti habebant de bonis patrimonialibus vñ poterant cõmode sustentari. volebant promoueri ad sacros ordines Rñ. pa. cõsulue ꝙ bene possunt ad superiores ordines promoueri. dũ aliud canonicũ non obstat. et intelligitur ordinatus ad titulum sui patrimonij. Nota ꝙ quis potest ordinari ad titulũ sui patrimonij.

¶ Accedens. Ca. Quereb atur hic vtrũ aliquis absens de beneficio eccẽ possit inuestiri. Respondet ꝙ aliquis omnino ac vice absentis de beneficio eccẽ potest inuestiri. quia ille dicitur inuestiri cuius nomine alius inuestitur. Nota ꝙ absens potest per aliũ inuestiri.

¶ Dilecto. Ca. Archiepiscopus rmeñ. dũ in francia legationis officio fũgeretur intendebat prouidere cuidam nepoti suo. g. nomine in treceñ. eccã cancellarius treceñ. vt grãm legati sibi acquireret in manibus legati renunciauit prebendã quã in treceñ eccã obtinebat. dictus legatus nepotẽ suũ et dictũ cancellariũ instituit in canonicos treceñ. et archiepiscopus et capitulũ cõmuniter assignauerunt vtriqz stallũ in choro et locũ in capitulo. vt fructus illius prebẽ de diuiderent inter se donec idem g. integraliter eẽt beneficiũ assecutus. et procurator generalis epi tunc absentis ista oia cõprobauit. et dictus cancellarius lectõem et euangeliũ legit in sua septimana. et alia fecit que alij canonici consueuerunt. defuncto epo tpe cuius hec facta fuerant alter successit. et dũ accederet ad eccãm cõsecratus. dictũ cancellarium recepit ad osculũ pacis. et tãc non recipiunt ad osculũ nisi canonici. et per biennũ sine questiõe sic permãsit. postmodũ episcopus excitatus a somno. cepit mouere questionẽ contra ipsũ cancellarium super prebenda predicta. et sic questio inter epm et cancel. ad se. ap. ẽ delata. datus fuit quidã cardinalis vtriqz parti auditor cora quo cancellarius proposuit omnia supradicta. petens dictum episcopum a sua molestatione compesci. procurator episcopi proposuit ex aduerso ꝙ ad vnicũ beneficiũ qd vacabat in eccã treceñ. non licuit ipsi legato duos instituere. allegando ad hoc concili. turoñ. quod prebendarũ inhibet sectionem et concil. lat. quod prebendarum prohibet expectationem. Preterea in eccã vbi nõ est certus numerus prebendarũ nulla etiã prebenda vacante potest aliquis in canonicũ assumi. quia intelligit

eligi ad quoddã ius qđ de nouo creatur et cum electo nascatur. sed vbi est certus numerus prebendarũ. duo ad vnaz prebendã eligi nõ possunt. cũ illud ius spirituale diuidi non possit. propter qđ dictus procurator asserebat institutõez prefatã nõ valere. cũ ĩ trecẽn. eccl̃a certo sit numerus prebendarũ. quẽ capitulum vel legatus augmentare non intẽdebãt vlterius creare de nouo. his ꝛ alĳs auditis pa. dictũ cancellariũ cõdemnauit ad restitutõez eorũ que tenebat ratione p̃dicte institutõis imponendo silentium eidem super dicta prebenda vel parte ipsius. ita tamẽ ꝙ per hoc predicto g. nepoti legati nullum preiudiciũ generetur. quia res inter alios acta. alĳs obesse non dz. Nota ꝙ legatus non potest ĩstituere duas ad vnã prebendã contra cõcilium turon̄. ‖ Itẽ beneficiũ spũalis perceptio nõ dat ius. sed sola canonica ĩstitutio. ‖ Itẽ res inter alios acta. alĳs obesse non dz.

¶ Vacante. Ca. Vacante quadaz prebenda in quadã eccl̃a cathedrali episcopus ex illa prebenda cõstituit duas et ibi instituit duos canonicos. altero illorũ defuncto quidam clericus noie ypolitus p̃bendã illius defuncti auctoritate apostolica fuit adeptus. iste ypolitus impetrauit lr̃as a dño pa. contra epz vt integraret illi prebendã illã. et alius dicebat se habere idẽ ius contra ipsuz episcopũ quesiuit episcopus quid facere deberet. rñdet pa. ꝙ turon̄. cõcilium diuisionem prebendarũ episcopus tenetur illas prebendas reintegrare de vacaturis. nisi ex certa ꝛ rationabili causa de predicta prebenda constituerit duas et tot sicut ꝓuentus vtriusqz ꝙ possint cõpetenter vtriqz sufficere. Nota ꝙ vna prebenda potest diuidi in duas dum tamen vtriqz sufficiant illius prouentus alias non potest. et si diuisa fuerit reintegrari dz.

¶ Dilectus. Ca. Quidã clericus g. nomine obtinuit lr̃as a dño pa. ad capitulũ nouarien̄. per quas mandabatur eidem vt dictũ g. reciperent in canonicũ et in fratrẽ. et prebendã si qua vacaret cõferrent eidẽ. capitulũ mandatis apostolicis noluerũt adimplere imo prebendã vacantẽ quã dominus pa. predicto g. cõferri mandauit. alĳ assignauerunt. vñ idem g. petĳt a dño pa. vt quod de ipso mandauerat facerz adimpleri. ex parte capituli allegabatur ꝙ prebenda nõ vacabat i bidem pa. his auditis mandat ꝙ tinus si constiterit ꝙ in nouarien̄ eccl̃a prebenda vacaret eo tpe quo nouariẽ. canonici lr̃as receperunt. dictũ clericum faciant recipi in canonicũ et in fratrem cũ prebendã illã m derisionẽ mandati apostolici duxerint cõferendã. et de ꝓuentibus illius eccl̃e aliquos reditus ãnuatim faciant assignari eidem donec p̃bendale beneficiũ fuerit assecutus. Nota ꝙ lz pa. mandet vt alicui cõferatur prebẽda et canonici eã alĳ cõferunt tenet collatio. sed ipsi cõpellendi sũt vt illũ poste a recipiant et quod dicit in fine de reddi tibus prouideatur ꝛc. credo appositum fuisse in prim̃ capitnli. quia mandatũ apostolicũ cõtempsit quia illud nõ erat in antiqua.

De multa. Ca. In lat. concilio statutũ fuit ꝙ nullus diuersas dignitates. et plures eccl̃as prochiales recipiat. alioquin recipiens sic acceptũ amitteret. et cõferens cõferendi potestate priuaretur. sed quia istud statutũ male obseruabatur. innocen. volens obuiare hmõi cupiditati statuit vt quicũqz de cetero receperit aliquod beneficium

curam habens animarū ānexam si prius tale beneficiū obtinebat ipso iure sit priuatus eodem et si illud cōtenderit retinere. alio spolietur. et ille ad quē spectat collatio prioris beneficij illud conferat cui viderit cōferendū. et si vltra. vi. menses cōferre distulerit ipsius collatio ad alios deuoluatur ꝑ statutū lateranē cōalij. et insup tanū cogatur de ꝓuentibus suis in valitatez ipsius ecc̄e assignare ānū a tempe vacatōis cōstiterit esse ꝓceptū. et hoc idem in ꝑsonatibus siue dignitatibus obseruetur. Addit īsuper vt nullus in eade ecc̄a plures dignitates vel ꝑsonatus habere ꝑsumat. etiā si curā nō habeāt aiarū. tamē circa sublimes et lr̄atas ꝑsonas q̄ in maioribus beneficijs sunt honorāde. p se. ap. potēt dispensari. ¶ Nota q̄ qui habet curā animarū vel ꝑsonatū si ad cōsimile beneficiū eligatur. postq̄ illd recepit. ipso iure vacat primū. ¶ Item q̄ nō vult dimittere quod suū nō est. debet priuari eo qd suū est. Item cū qs receptus est ad secundū beneficiū. ꝑm iura primū debet cōferri. Item nota ꝓnam negligētie cōferre beneficiū. Itē nota pro venerabilibus et lr̄atis ꝑsonis. Itē solus papa potest dispensare vt aliq̄s habeat plures dignitates vel curas animarum.

¶ Graue nimis. Ca. Quidaz prelati eccl̄iaz carnali affectōne ducti non iudicio rōnis promouent indignos vnde mlta pericula imminēt ecclesijs. volens cōaliaz huic morbo mederi ꝓcipit vt pretermissis indignis ꝓmoueāt idoneos q̄ deo et ecclesijs valeant deseruire et de hoc fiat diligēs inq̄sitio i cōcilio annuatim et si qs post trinā āmoitōez culpabilis reptus fuerit p ipm concilium suspendatur. et ibi ꝑsona idonea mstituat q̄ supleat suspensi defectū in beneficijs conferēdis. et hoc idem circa capitula obseruet. Delictū vero metropolitani ex parte cōalij dño papa nūcietur et vt istud statutuz melius obseruetur sentētia hmōi suspēsionis sine licētia ro. pon. vl ꝓprij patriarche nō relaxetur. ¶ Nota hic penam illorū q̄ ꝓmouent indignos. ¶ Itē aliq̄s potest cōdemnare nō tamen absoluere. Itē vbi cōditor iuris sibi reseruat absolutōez alijs prohibere videtur.

¶ Extirpande. Ca. patroni ecclesiarū et alij quidā ꝓuētus ipsaz ita sibi vsurpant. q̄ presbiteri de sua portōne neḡant sustentari. ita q̄ presbiteri in quibusdam locis nō obtinēt. nisi q̄rtam quarte. i. sextā decimā decimarū. et ideo ibi nullus sacerdos inuenitur qui habeat peritiam lr̄arū. cū ergo q̄ altari ꝓuit viuere debet de altari. statuit cōak. vt non obstante aliqua cōsuetudine alicuius ꝑsone presbiteris ipsis sufficiēs portio relinquat. ¶ Qui vero. ¶ Dicitur i. §. isto q̄ qui hz prochialem eccl̄iam in ꝓpria ꝑsona deseruiat ibidem in ordine debito et non ꝑ vicariū. nisi forte illa prochialis ecc̄a sit ānexa dignitati vel prebende. in quibus casibus ꝑ vicariū ibi poterit deseruire canonice mstituē. q̄ habeat de prouētibus ipsius ecc̄e cōgruam portōez. alioquin sciat se illa priuatū auctoritate h̄ noīs decreti et alij cōferatur qui velit et possit qd dictū ē adimplere. i. deseruire in ecc̄a ꝑ seipsuz. In fine dicit q̄ nullus de prouētibus ecc̄e qui debet habere curā ꝓprij sacerdotē. alicui cōferat pro beneficio pensionē. ¶ Nota q̄ laici et patroni bona eccl̄iarū sibi vsurpare non debēt nulla consuetudine obstāte. ¶ Itē q̄ altari seruit. de altari viuere debet. ¶ Itē presbiteris debet cōpetēs beneficiū assignari. Itē q̄libet rector prochialis ecc̄e ꝑ se et nō ꝑ vicariū debet deseruire in ipsa

nisi in duobus casibus qui hic ponũntur. .s. cũ annexa sit dignitati vel prebende. ¶ Item vicarius debet habere cõgruã portionem. ¶ Item q̃ tenuit ordinari. priuari dz beneficio. ¶ Item nulla pensio constitui dz pro beneficio in prochiali eccã.

¶ In laterañ. cõcilio. Ca. Nõ dicatur hic habetur infra de priuilegijs Cum a plantare vsqz ad. §. fane. in q̃ predicto cõcilio ꝓcipitur vt tales repsentare procurent in ecclesijs que ad ipsos pleno iure nõ ptinẽt. quos vel cõuersatõ illorũ notas reddat vel cõmẽdet testimoniũ prelatorũ. ¶ Nota q̃ patroni nõ debent aliqs presentare nisi discreti sint a honeste fame.

¶ Licz nobis. Ca. Mãdauit dominꝰ pa. abbati a priori sancte genoue se quatenus magistro. R. archid. ebroicen. in sacra pagina studere volẽti prouẽtus suos ecclesiasticos facerent integre ministrari. dubitabatur vtrũ deberent ei fieri dari distributões q̃ tantum residẽtibus cõcedũtur. Rñ. pa. q̃ nõ vult q̃ ei faciant dari distributões que tantũ residentibus concedũtur. et his q̃ interfuit horis canonicis. ¶ Nota q̃ cõstitutio honorij nõ intelligitur de hmõi distributõnibus quotidianis licet dicat q̃ integre ꝓcipiant sua beneficia in theologia studentes. a hoc est quod dicit.

¶ Exposuisti. Ca. Canonici vel primen. ante cõcil. generale. e. extirpande cõsueuerũt habere capellas ad sui sustentatõez. cũ de maiori eccã nõ posset cõmode sustentari. ꝑ occasione predicti cõsilij subtracte fuerũt capelle canonicis illis vnde nõ poterũt de redditibus ꝓbẽdarum suarũ sustẽtari. ep̃s significauit hoc dño pa. mãdat pa. episcopo si euidẽs necessitas vel vtilitas exigz bene poterit prebendas eccẽ sue augmẽtare aditã gẽdo capellas i ꝓpriũ eisdẽz prebendis reseruata cõgrua portõne capellanie.

¶ Nota q̃ episcopus potest et debet augere prebendas canonicis suis si nõ possint de suis prebendis cõmode sustẽtari. a hoc de capellis vel aliunde reseruata iñ debita portõe capellanie.

¶ Dilectus. Ca. Papa mandauit decano a capitulo andegauen. vt ꝙndam. g. nomine recipent in canonicũz a fratrẽ. ꝙcto facultas se offerrz. quibusdam sup hoc executoribus deputatis coram quibus cũ ex pte capituli esset exciendo ꝓpositũ q̃ lre nõ valebãt ꝓ eo q̃ nõ faciebant mentõez q̃ collatio prebendarũ ad ipsũ decanũ ex donatõe regie pti nebat. ipsi executores interloquẽdo pronũciauerũt se p illas lras procedere non debere. vnde mandat pa. q̃ exceptõe huiusmõi nõ obstante ad executõez mãdati apostolici procedãt. ¶ Nota q̃ dñs pa pa friuolas exceptões nõ admittit.

¶ Sup inordinata. Ca. Quereb̃atur vtrũ pueri bñficiati dicãtur idonei ad beneficiũ aliqd obtinẽdũ. et rñ. q̃ cũ pueri bñficiati seruire nõ possunt vel nõ possint i eccã nõ debẽt dici idonei i eadẽ. ¶ Nota q̃ q̃ seruire nõ possunt in eccã nõ reputãtur idonei in eadem.

¶ Cum causam. Ca. Quidaz canonicus sancte crucis noie ioannes non habebat integrã prebẽdã. vnde orta fuit cõtentõ iter ipsũ a episcopũ aurelien sup integratõe prebẽde impetrauit causam cõmitti sup hoc vt prebẽdaz ei facerent integrari dubitauerũt iudices vtrũ alia prebenda deberet scindi pro integratõe prebende predicti ioãnis cõsulto pa. rñ. q̃ nõ fuit intentionis dñi pa. q̃ aliqua prebenda de nouo scinderetur ꝓpter re integratõem predictã. ¶ Nota q̃ prebẽda nõ debz diuidi. a si diuidatur tenetur

diuisor ad reintegrandam prebendam. ꝛ sic talis diuisio potest tolerari. ꝑ de rigore iuris talis collatio deberet cassari.

¶ Venerabilis. Ca. In eccā aꝛgētina q̄dam prebenda vacauerat tāto tpe q̄ ipsius collatō ad se. ap. fuerat deuoluta. eōe portuen. tūc legatus in pᵗibus illis cōtulit prebēdam illā cuidā clerico. J. nomine. sed capitulū illius eccē nō recipiebat eūdem. vnde prefatus eōe pᵗīt a pa. vt suā collatōez faceret obꝑuari. ex aduerso ꝓposuit procurator capituli. q̄ hoc audito capitulū allegauit antiquā consuetudinē illius eccē. q̄ nullum recepīt in suū cōsoꝛtiū. nisi nobilē liberū ꝛ ab vtroq; paꝛēte illustrē honeste cōuersatōis ꝛ eminētie scientie. ꝛ ne contra hoc fieret ad se. ap. fuit appellatū cū nulla prebenda vacaret aūc̄ monitoꝛias lr̄as recepissent. dōus pa. cōsideraē q̄ nobilitas generis nō facit deo gratū ꝛ idoneū seruitoꝛē ꝑ potius virtutū ꝛ vite honestas. et dōus paucos nobiles ꝛ potētes ad suū elegit seruitiū ꝑ ignobiles et paupes. cū nō sit pſonarū acceptio apud deū. et vir ad dignitates inueniūt eminētis scientie. nedū ad prebendas. vnde pa. hmōi exceptōes nō admisit. vñ mādat pa. q̄ si cōstiterit predictā prebēdā vacasse q̄n legatus dicto. J. ipsam cōtulit illū faciant recipi ad eandez. Itez nota q̄ nobilitas generis nō est attēdēda in collatōne beneficioꝝ in eccā dei ꝑ potius virtutū ꝛ vite honestas. Item nō est acceptio pſonarū apud deuz.

¶ Cum olim. ca. Dōus pa. mandauit priori sancte marie vt. v. diacono faceret puideri in aliqua eccā ciuitatis vel dioc. lucane. dictus prior prefatū. v. designauit in rectoꝛez eccē sancti petri de vico in qua p clericos eiusdē eccē rector eligi cōsuemt. ꝛ quia clerici non recipiebant eūdem excōicatōis vinculo inodauit eosdem significatū fuit hoc dño pa. ꝛ ipse rñ. dicēs cū mādatum apostolicuz ad talia se nō extēdat nec sit mētio domini pa. de cōferēda rectoria vel dignitate cū q̄ simplici beneficio scribit. mandat q̄tinus institutōnem et excōicatōnē denūciet nō tenere. Nota q̄ q̄n scribitur q̄ simplici beneficio prouidēt nō potest huiusmōi executoꝛ in rectoria ℓ dignitate.

Itez cū sic mādatur prouideas siue faciaꝛ prouideri in aliqua eccā ciuitatis ℓ dioc. forma ista ad simplex beneficiū tātum extēditur. Itē in mētō mādatis ſp attēdenda est ꝛ seruanda.

¶ De clerico egrotante vel debilitato. Rubrica.

Quum pcussio. Ca. Quidam sacerdos infirmitate detentus non poterat eccē deſuire. q̄pp̄ qđ episcopus suus subtrahebat ei cōsueta stipendia sua sacerdos cōquestꝰ ē dño pa. illi episcopo q̄ q̄pp̄ hoc cōsueta stipendia sua ei nō subtraheret sed oīa sibi tribuat que si sanus eēt ab ipsa eccā pcipe posset. quia si alij exēplo hmōi essent deterriti inueniri forte non posset q̄ vellet eccē militare. ¶ Nota q̄ infirmus seruire ītelligitur eccē et oīa pcipe debet ac si sanꝰ esset. satis enī afflīgit ipsa īfirmitate.

¶ Presbiterum. ca. Quidam sacerdos amiserat duos digitos nō mediante palme p quēdam predonē abcisos. Episcopus illius q̄situit vtrū deberet p mitti celebrare missam. dicit pa. q̄ nō p mittat illū missam celebrare quia nec propt debilitatē secure nec sine scādalo pcipī deformitatē potest celebrare. in aliis sacerdotalibus officijs pmittit illuz celebrare. Nota q̄ ab iudo libere pōt ex

equi ex post facto infirmatur vt patet ī
isto sacerdote. ‖ Itez de fornicatas et scan
dalū remouēt aliquē ab excōicatōne sa
crorū ordinum.

¶ De rectoribus. Ca. Dicitur
in hac dec' q leprosi non pñt nec debent
ministrare altari ppt scandalū aliorū q
sani sunt sed dandus ē illis coadiutor q
habeat curā animarū z de facultatibus
eccē habeat suā portōez vñ possit susten
tari. ‖ Nota q nihil ē cū scandalo faci
endū. ‖ Itē propt scandalū remouetur a
liqs ab officio suo. ‖ Itē egrotāti dand9
est coadiutor. z hoc verum est z speciale
in leproso.

¶ Tua nos. Ca. Quidaz sacer
dos diuino iudicio fuit lepra percussus. q̄re
tractatur an deberet propt hoc remoueri ab
officio prelatōis Rñ. pa. q remoueri de
bet ab administratōne populi. ita tñ q ne
cessaria pīm facultates eccē sibi dū vix
erit ministrētur. ‖ Nota q propt scāda
lū aliqs remouetur ab administratōe sua
‖ Itē nota q lepsi z clerici egrotantes q̄
licet eccē nō seruiāt nō tamē debent bñ
ficia amittere p̄ eis dz eccā prouidere.

¶ Ex parte. Ca. Ep̄s auras
cen. graui morbo et incurabili fere p qua
driēniū laborauit ita q epale officiū nō
potuit exercere propt qd z clues illius
terre pertebant ab archiepo archiepiscopi
tropolitano suo mstāret vt eis sup hoc
puideret. archiepiscop9 significauit hoc
dño pa. rñ. pa. q nō potest illū ad renūcia
audū cōpellere nec addenda ē afflictis af
flictō sed ē eis potius misericordū cū ille ī
officio suo laudabiliter se habuit. rñ pa.
volens tam episcopo q̄ eccē puidere mā
dat archiepiscopo vt det illi coadiutoriū
siue coadiutorē virū prouidū z honestū
p quē z episcopo et eccē cōsulatur. ‖ No
ta q aliqs nō dz cōpelli ad renūciandū
propt infirmitatē. ‖ Itē afflictis nō ē
addenda afflictō. ‖ Itē dare coadiutorē
episcopo morbo dementato spectat ad archi
episcopum.

¶ Consultatōibus. Ca. Quidā
archid. morbo palitico laborās officiū li
gue amisit. q̄rit qd iuris dicit pa. q dā
dus ē coadiutor. ‖ Nota q prelatis ipo
tentibus officium suum exercere dandi
sunt coadiutores.

¶ De institutionibus.

NOn amplius. Ca. Dicitur q
nō plures recipiantur in monaste
rio monachorū aut clericorū. t etiā mol
aliū q̄ q possint cōmode de bonis eccē sus
tentari. ‖ Nota q nō debent tot esse ca
nonici in eccā quot sint pauperes.

¶ In ecclesia. Ca. In quadā ec
clesia erat certus numerus canonicorū.
z tandem vacauerūt ibi q̄daz prebende
in eadem eccā q̄dam laici erāt īuestiti. q̄
rebatur vtrū tales laici deberent cōpu
tari i numero clericorū vt sic numerus
clericorū reputaretur plenus rñ. pa. q
laici nō debēt ī clericorū numero cōputa
ri nec differāt numerū canonicorū adim
plere de psonis idoneis z tales assumē
di sunt p q̄s in diuinis deo congrue vale
at deseruiri. ‖ Nota q ius canonic non
cadit in laicū. ‖ Itē vbi certus numerus
clericorū est cōstitut9 nō debz diminu
p adimpleri. ‖ Itē psone idonee nō debēt
in ecclesijs instituī.

¶ Ex frequētibus. Ca. in archi
episcopatu cantuarien. queda praua cō
suetudo īoleuit q clerici beneficia eccle
siastica recipiebant sine licētia episcopo
rum vel officialiū suorū nō cōsiderātes
q illud erat cōtra institutā sanctorū pa
trū z eccāsticam honestatem. propt qd

archiepiscopus volens illam cōsuetudinem penitus extirpare. ōnes illos q̄ scienter beneficia taliter detinēt temere occupata vel q̄ de cetero p̄sūpserint occupare excōmunicauit. & dñs pa. cōfirmauit eandē mādans quatinus predicti clerici q̄ sententiam illam incurrerint nullatenꝰ absoluātur. nisi prius satisfecerint.

¶ Nota q̄ cōcessio eccē facta a laico nō valet sine consensu epi. Item beneficia eccāstica recipiēda nō sunt nisi ab his ad q̄s ptinent. s. ab episcopo & eius officiali q̄ gerit vicē epi vel ab alijs ad q̄s ptinet collatō. et q̄ contrafecerit excōicādus est. ¶ Item constitutō trāsit ad preterita vt hic dicitur. quia priuat iaz institutos & similiter instituendos. qō vez ē cū facit mētionē de preteritis.

Auctoritate. Ca. Statuit hic q̄ in ecclesijs nō instituātur vltra q̄ de facultatibus ipsarū cōmode sustineātur

¶ Nota q̄ cū clerici instituti debent i ecclesijs prouētus eccārū cōsiderādi sūt.

Ad decorē. Ca. Patriarcha cōstantinopol. m ecclesijs cōstātinopolitanis instituebat venetos tātū nō cōsiderans q̄ q̄ iusticiā facit acceptus ē deo. & beneficia eccāstica p successiones possideri nō possunt. vñ pa. mādat cuidaz legato existenti in ptibus illis quatinus moneat eūdem patriarchaz vt clericos ītōs & idoneos vndecūqz fuerint istituat in ecclesijs predictis & p̄cipue in maiori eccā qō si nō fecerit idignū se reddet vt isti legati cōpellant aliarū nationū clericos ad suā obediētiā venire. nec dissimulent q̄n significent hoc dño pa. vt ipse p hoc intendat vtrū sit verū q̄ ipse patriarcha vt dicit hoc p̄misit. ¶ Nota q̄ in eccā dei nō debet locū habere successio hereditaria. Item q̄ iusticiā facit deo acceptus est. Item q̄ iusticiā alijs nō facit est illi denegāda iusticia.

Cum venissent. Ca. Int archiepiscopuz ebroacēn. ex vna pte & archidiaconū richemūdie ex alia q̄stio vertebatur sup institutōibus psonaꝝ & custodia eccārū vacātiū vñ procurator archiepiscopi & archid. accesserūt ad pa. procurator archiepiscopi ꝓponebat q̄ institutō psonarū & custodia eccārū vacātiū spectabāt ad ipsū in dioc. sua tam de iure cōi q̄ de cōsuetudine generali & q̄dā antecessores illius cōmunerūt quibusdā archid. richemūdie psonalit cū īstitutōnez q̄ custodiā. vnde petebat procurator vt archid. illas dimitteret libertas & q̄etas. Ex aduerso vñ. archid. q̄ archiep. non psonalit. sed realit p̄tuo concessit tam institutōez q̄ custodiam archid. q̄ tūc erat de cōsensu capituli sui. & archidia. fuerat in cōtinua possessione istarū digitatū & aliarū libertatū tpibus mltorū archiepiscoporū & archid. & ipse archiepiscopus sine aliq̄ cōditōne archidiaconatū ipsū cōcessit eidē. sed post cōcessionē dicebat archiepiscopus q̄ cōcesserat ei archidiaconatū exceptis institutionibus & custodia eccārū. Preterea dicebat archiepiscopus q̄ archidiaconus abiurauerꝫ illas digitates. dñs pa. his & alijs auditis mādauit quod archidia. defendendus esset in plena possessione ipsarū libertatū donec ex pte archiepiscopi ostaretur q̄ libertates predicte cōcesse fuissent archidiacono psonalit. et in hoc casu & ante cōcessionē archidiaconatus & post & in ipsa concessione dictas dignitates potuit licite ēticere & donec probatū fuerit archidiaconū illas abiurasse. sed in casu isto si cōcessio fuit realis nihil vtilitatis accrevit archiepiscopo qui a pa. ad petiōez ebroacēn. eccē & eciam p seipsū archidiaconatui p̄uide

bit si alterutrū istorū fuerit probatus silentiū imponatur archid. sup libertatibus illis. et si probatū fuerit īponat silentiū archiepo. Nota q̄ q̄est in possessione debet defendi m ea donec cōstet de iure. Itē confessio psonalis cū psona finitur. realis p̄tia est que fit nō psone sed ecc̄e. Itē factū prelati i damnū ecc̄e non p̄iudicat ecc̄e. Itez iuramentū prelati in damnū ecc̄e prestitum ipsi prelato nō ecc̄e p̄iudicat. Itē ecclesia sine prelato agere potest sed hoc est p̄pt iuramētum qđ seruari potest sine p̄iudicio ecc̄e ab ipso prelato.

¶ Cuz ad nostram. Ca. Vacāte quadaz abbatia custos illius ecc̄e fuit electus i abbatē sibi nihilomin9 retinebat custodiā. q̄rebatur vtrū de iure illam posset retinere cū collatio ipsius ad ipsū abbatē p̄tineat. rn. pa. q̄ postq̄ fuit abbas effectus custodiā de iure nō potuit obtinere. quia donatio illius custodie z aliarū dignitatum illius ecc̄e p̄tinēt ad abbatē ipsum. a seipso eam non potuit recipe. cū inter dantē z recipientem dz esse distinctō psonarū. ab alio eam non potuit habere cū eam alius ius nō habeat conferēdi. Nota q̄ eoipso q̄ aliq̄s adeptus ē aliquā dignitatē vacat prima si qnā habet. Item nullꝰ potest dare sibiipsi. Itē differētia debz esse inter dantē z accipientē. Itez nota dc. istam contra episcopos z p̄latos q̄ postq̄ sūt promoti dignitates prius habitas ꝛ de nouo vacātes retinēt.

¶ De concessione prebende vel ecclesie non vacantis.

Qui in vinozum. Ca. In hoc capitulo dicitur q̄ q̄ p̄mittit scienter se inst̄itui in beneficio viuētis excōicandus est. Nota q̄ nullus i loco viuentis instituendus ē vel ponēdus. z q̄ si passus fuerit poni excō̄icandus est si scienter hoc fecit aliter non.

¶ Nulla. Ca. Quidam prelati ante cōcil. lat. conferebant ectās seu beneficia et etiam dignitates añq̄ vacarēt et sic desiderabant mortē primi sui in cuius locū credebant succedere. et ideo statuit concliū lateran. q̄ de cetero nulla eccl̄astica bñficia ministeria vel ecc̄e cō cedantur p̄pt causam predictam. Cum enī in legibus gentiliū hoc sit inhibitum turpe ē si expectatō future successionis i ecc̄a dei habeat locū. cum ei predicta officia ministeria vel ecc̄e vacare contigerit nō diu maneant in suspenso. ꝑ ifra vi. menses psonis idoneis cōferātur. si āt eps hoc distnlerit p capitulū postea ordinēt. q̄ si ad capitulū p̄tinēt et ifra dictū tpus hoc nō fecerit episcopus hoc de cōsilio religiosorū exeq̄tur. et si ones fuerint negligētes metropolitan9 absq̄ alicuius cōtradictōne de illis ꝑm deū disponat. Nota q̄ bñficia non debent cōferri añq̄ vacent. Itē future successionis expectatō. in ecc̄a locū non habet.

Itē p̄pt negligētiaz amittit q̄s ius suum z trāsfertur ad alium.

¶ Relatum est. Ca. Aliqui recipiebāt promissionē de ecclesijs nō vacantibus postmodū cū vacarent illi appellabant ne alijs cōferre deberent. queritur an tali appellatōi sit deferendum Rn̄ pa. cū tales p̄missiones in concil. lat. sint cassate nūq̄ pretextu talis appellatōis dz cōmitti q̄n ordinētur cum vacauerit. Nota vbi nō tenet promissio sup hoc non tenet appellatō. Itē si non tenet principale nec accessoriū.

¶ Proposuit. Ca. Celestin9 pa. mandauit prepositō z capitulo camera

cñ. vt G. presbiterū recipret in cano nicū ⁊ in fratrē ⁊ assignaret ei pbendā proximo vacaturā que ad donatōez su am spectaret in eccā sua. decano remēsi sup hoc executorie cōcesso. ꝑ cū decanus inuenisset eos cōmunes dictū presbite rū inuestiuit de prebenda. primo vacatu ra in eccā cameracēn. ptinēte ad donatō nez ipsorū. tandē vacauit vna prebēda ⁊ ipsi eam alij assignauerūt celestinus hoc intelligēs ⁊ volēs ratū habere qđ ab eodem decano factū fuit cassauit collatō nem factā a capitulo ⁊ dictū presbiterꝝ de ipsa p annulū inuestiuit sed cū dict9 presbiter prebendā illaz adhuc ḡcte ha bere non posset cū alius eā possideret ac cessit ad dñm innocēn. ⁊ exposuit ei oīa predicta. dicit ergo innocēn. licet nō sit intentōis sue inuestituras de vacaturis factas habere ratas qui potest sup ius dispensare tū considerās q dictus pres biter nō fuit inuestitus de vacatura ꝑ de vacāte p celestinū q̄ post cassatōnem cō cessionis quā fecit capitulū intelligetur vacare. mandat pa. prepositō ⁊ capi tulo cameracēn. quatinus amoto aḃ eo quolibet detētore dictā prebendā ꝓfato presbitero assignare procurēt. ¶ Nota hic q collatō facta circa mandatū pa. va let ex eo celestinus irritauit cōcessionez capituli ⁊ ex eo q dicit inocē. q̄ post cas satōez cōcessionis a capitulo facte. ⁊ sic tenuit concessio capituli circa mādatum pa. ⁊ cōtra inuestituraꝝ decani ⁊ est ar. q̄ p inuestituraꝝ ius nō acq̄ritur. ¶ Item no ta q pa. potest dispensare cōtra ius.

¶Bona fides. ¶Ca. Depposui penes te res meas ille res amisse sunt de rebus tuis nihil amisisti. queritur an tenearis mihi ad eas restituendas. actione depositi. ¶Rñdetur si res mee salue sunt et res depositas amisisti ipso ꝓ sumitur q bona fides abest circa res depositas. et ita dolus affuit et ideo teneat ad restituendũ depositũ et de culpa etiã tenetur depositarius si obtulit se deposito vel si aliquid recepit pro custodia. ꝑ de casu fortuito nõ tenetur nisi pactũ interuenerit vel nisi culpa vel mora precesserit casũ. ¶Secundo queritur vtrum

depositori liceat reuocare depositū quādocunqz voluerit respondetur q sic sed si depositarius opponeret cōpensatōem vel in toto vel in parte cōpensatio non ē admittēda. ne cōtractus q ex bona fide oriri ad perfidiā referatur. sed in alijs cōtractibus bene admittitur cōpensatio si cū ex qua cōpensatio postulatur liquida sit et facilē exitū credatur habere. ¶ Nota q ille qui recipit depositum de solo dolo tenetur. de culpa etiā tenetur si obtulit se depsito vel aliquod recepit p custodia. ¶ Itē depositarius de casu fortuito nō tenetur nisi pactū intercesserit vel nisi culpa vel mora precesserit casū. ¶ Itē depositum potest reuocari quādocunqz voluerit depositor. ¶ Itē contra depositum non admittitur cōpensatio. ¶ Itē cōtractus depositi ex bona fide oritur.

De emptione et venditione.

Placuit. Ca. Dicitur in hoc capitulo q presbiteri dēt ammonere plebes suas. vt cū hūanitate vendant res suas transeuntibus ad quod si opus fuerit cōpellātur. Nota q transeuntibus nihil carius vendēdū est q in mercato.

Vt mensure. Ca. Dicitur in hoc capitulo q qui iustas mensuras et iusta pondera cū lucri mutuauerit per xxx. dies in pane et aqua penitere dz. Nota q iuste et legittime debent eē mensure. ¶ Itē qui iustas mensuras et iusta pondera cū lucri mutuauerit xxx. dies penitreat.

Cū dilecti. Ca. Abbas et monachi karioli emerunt quandā siluam que nigraualis appellatur a quibusdā canonicis beluacēn. ignorante capitulo beluacēn q x. libris q tunc valebat xl. marchas ad pretiōez capituli beluacē. cui fuit cōmissa super hoc epō mormeñ. et decano remeñ. cū clausula illa. vt si vel qs interesse nō posset alter ineodē negocio procedere nō differret. et cū episcopus cause interesse nō posset. decanus in causa processit. et quia cōstitit ei q predicti fratres predictā siluā minus dimidia iusti precij cōparassent pronūciauit predictam venditōem nō tenere. et siluā illam adiudicauit canonicis beluacēn. et eos in possessionē ipsius siluе induxit. cū ista per appellatōem ad se. ap est delata. dominus pa. auditis rōibus et allegationibus vtriusqz partis sniāz prioris iudicis cassauit tanq̄ iuri cōtrariā et p̄cepit siluā predcām monachis eē restituendā q cū res minus dimidia iusti p̄cij cōparatur in arbitrio emptoris ē an velit cōtractū rescindere an iustū precū supplere salua questione canonicis beluacēn. super receptione precij vel cōsensu capituli inuentione nō habito seu alia cā rōnabili quā canonici contra monachos duxerint. proponendā. ¶ Nota q sniā iuri cōtraria nō valet. Itē cū res minus dimidia iusti precij cōparatur i optione emptoris ē supplere iustū precium vel recedere a cōtractu et recipere precū quod dedit. ¶ Itē alienatio fine cōsensu capituli nulla ē. et citra aliquā appellatōem rescinditur. ¶ Itē si quis ex vna cā petat rem aliquā et succūbat nihilominꝰ potest eā petere ex alia cā. ex hoc per illā rām alia rationabili cā.

Peruenit. Ca. Quidā miles p. nomine quandā domū assignauit vxori sue in donatōem propter nuptias pro modū de cōsensu vxoris sue vēdidit domum illā cuidam mulieri B. nomine pro

certa quãtitate pecunie. quo defuncto relicta illius cõtra illam venditõez venire presumpsit. allegãs q domus illa sibi donatõnis titulo assignata nõ potuit alienari. quis ipsa cõsenserit pdicta. B. rñdebat q. xxx. annis constante illorũ matrimonio bona fide z iusto titulo domũ illam quiete possedit z in cõmunes vsus precii domus est cõuersum. z tempe vẽditõnis tantũ habebat i bonis maritus mulieris qđ sibi consulere poterat iudex qui de hoc cognoscebat cõsuluit dominũ pa. qđ iuris esset. z rñdit. si pdicta vera sunt dicta. B. sup domo predicta nõ debet vlteriꝰ fatigari. Nota q iure empti. pot est allegari prescriptio. Itẽ nota q si res donata in donatõez ppt nuptias. si constante matrimonio alienetur de cõsensu vxoris. soluto matrimonio tenet alienatõ nõ donatõ ppter nuptias soluto matrimonio ad virũ vel eius hẽredes debeat redire. nisi cõsuetudo vel pactũ aliud inducat. i. de donatõe inter virũ z vxorẽ capitulo vltimo.

Ad nostram. Ca. Quidã laicus. r. nõie quãdam quãtitatem pecunie mutuo accepit a quodaz vsurario. m. nomine creditor ille ne possit vel posset per canonem vsurarios editũ in posterũ cõueniri. recepit ab illo domus quasdam z olivas titulo emptõnis. cũ i veritate contractus vsurarius esset. q cõtractꝰ vsurarius esset patet ex eo qđ est in instrumẽto venditõnis expressum. vt quando cũqz a septẽnio vsqz nouẽniũ debitor solueret creditori. lx. vncias tarenorũ que vix dimidiam iusti precii cõtingebant z creditor domos z olivas restitueret debitori. consultus pa. an creditor compelli debeat ad restituendas domos z olivas. rñdet pa. qa fraus z dolus alicui patrocinari nõ debent. mandat quatinꝰ nõ obstante predicto instrumento confecto in fraudem canonis ꝓmulgati contra vsurarios compellat predictũ creditorẽ per penam in concil. lateran. statutã cõtra vsurarios ad restituẽdas domos z olivas ei ad quez debent de iure restitui. Ex hac dc. nota q ex forma contractus apparet qñqz an cõtractus sit vsurarius. et ex precio apparet an cõtractus sit vsurarius an vera sit venditio Itẽ fraus z dolus nemini debent patrocinari. Ierz potius consideratur qđ agitur q qđ dissimulate papitur. Itẽ sicut ille q debet vsuras potest repetere z agere contra vsurarium ita z eius hẽredes.

Cum causam. Ca. monachi sancti martini de monte vendiderũt q̃daz accusamenta. f. z. r. cuibus bi erbien. i qua vẽditõe dicebãt monachi q monasterium deceptũ erat vltra dimidiã iusti precii causa sup hoc delata ẽ ad dñz pa. quia constitit domino pa. monasterium deceptũ fuisse in illa venditõne vltra dimidiam iusti precii sententiãdo decernit vt predicti clues aut recepto precio restituant possessiones aut supplicant quantũ cõstiterit iusto precio defuisse tpe venditõnis. Nota q i optõe ẽptoris ẽ aut p̃ciũ recipe z rem restituere aut supplere iustũ precii. Itẽ in cõtractibus inicii est spectandum.

Si venditori. Ca. Aliqs vendidit rem suaz ticio mouetur ticio q̃stio de re illa sibi vendita. dicit hic q si ticius nõ denũciauerit vẽditori iudicio instituto cõtra ipsũ rem sibi venditã defendat. vel si ticius cõtumaciter se absentauerit tpe sententie vel p̃ iuriã iudicis sententia lata fuerit contra ipsũ. contra suũ venditorẽ de euictõne agere nõ valebit. Nota hic tres casus i quibus venditor nõ tenetur de euictõne. f. si nõ denũciaue

rit emptor venditori vt rẽ sibi venditã defendat vel si cõtumaciter se absentauerit tpe sue vel si per iniuriã iudicis sua lata fuerit contra ipsũ.

De locato ꝛ cõducto.

Ex rescripto. Ca. Dicatur hic q̃ nullus scolaris nullus magister cõducat hospicia aliorũ i tra tempus cõductionis sine licẽtia inq̃lini. nisi prius tempus cõductionis elapsum fuerit. qui contra fecerit excõmunicatõem incurrat. Nota q̃ transcripto credit sine originali. ‖ Itẽ nota cõtra superbiã et elatõem scolariũ quo nolunt apparere potentes in pecunia. ‖ Itẽ vnus legatus potest statutũ alterius cõfirmare. ‖ Itẽ statutũ legati perpetuũ ẽ. licet eius iurisdictio sit temporalis. ‖ Itẽ nota cõtra fraudes et deceptões mercatorũ

Vestra nobis. Ca. Quidam episcopi statuerunt q̃ nullus deberet locare fructus decimarũ suarũ ad firmã. nisi prochialibus presbiteris propter iustũ statutũ ecce non modicũ ledebant vnde monachi petierunt a dño pa. super hoc sibi prouideri. super hoc rescribit pa. monachis illis q̃ nõ obstante cõtrario statuto episcoporũ possint locare fructus decimarũ suarũ personis illis cũ quibus cõditõem ecce poterunt facere meliorẽ ita tamẽ q̃ ista locatio nõ extendatur ad feudũ vel alienatõem. ‖ Nota q̃ fructus decimarũ ꝛ aliarũ rerũ spiritualiũ possunt locari et vendi ꝛ obligari. licet res ex quibus prouentus tales precipiũ tur alienari nõ possunt. Itẽ isti prouentus nõ possunt dari in feudũ. vel alienari perpetuo.

Propter casus. Ecce locani alicui prediũ meũ q̃ certa pensatione ãnuatim reddẽda. sterilitas magna cõtigit et sic magnũ dãnũ dedit cõductori sine culpa sua. vicio tamẽ ipsius rei seu cãm fortuito. queritur vtrũ colonus totam teneatur soluere pensionẽ. rñ. pa. q̃ pensio remittenda ẽ pro rata nisi sterilitas possit cõpensari cũ vbertate precedentis vel subsequentis anni. Secũdo queritur vtr̃ locator possit expellere inq̃linũ de domo sua inuitũ. respondetur. Si modo imminet necessitas qui nõ imminebat tpe locatõis locator inuito inquilino poterit domũ inhabitare et inquilinũ expellere vel si refectione indiget que non imminebat tpe locatõis remissa sibi pensione q̃ residuo tpe. Itẽ si inquilinus peruerse moratur ibidẽ potest inde amoueri vel si non soluit canonẽ per biennũ nec sibi celeri satisfactione quidit potest expelli Nota q̃ pensio aliquando remittenda ẽ. Itẽ sterilitas potest cõpensari cũ vbertate. ‖ Itẽ nota q̃ in quatuor casibus põt inquilinus expelli. s. si imminet necessitas que nõ imminebat tpe locatõis vel si refectione indigeat domus vel si inquilinus peruerse moratur ibidẽ vel si non soluit canonẽ per biennũ.

Potuit. Ca. Ecclã dedit rem aliquã alicui in emphitheosim. iste emphitheota melioraut rem illã queritur vtrũ possit vendere melioratões suas rñ pondetur q̃ emphitheota dz primo requirere ecclãz si velit emere ius suũ. et dz denunciare illi quantũ potest habere ab aliis et si dixerit se nolle emere tunc põt ius suũ vendere. vel si nihil dixerit dz expectare ecclãm per duos menses. quibus elapsis poterit emphitheota vendẽ aliis suas melioratões qui ab hmõi emptione non phibentur. et si contra hoc fecerit vel per biennũ in solutõe pensionis cessauerit liate põt expelli. nisi celerit

post biennium satisfecerit nō obstante q ei nō fuit denunciatū quia tempus in hoc casu ipsum interpellat Nota q emphiteota sp debet denūciare dño si vult vendere ius suū alias cadit a iure suo. Itē si p biennium nō soluit canonē potest expelli Itē in solutione canonis potest mora purgari. Item tēpus ē hic pro admonitione.

De rerū permutatione.

Si princeps. Ca. Quesitū fuit in cōcilio isto vtrū eccā posset rem imobilem permutare cuz principe. statuit concil q si princeps voluerit permutare rem imobilem cū sanctis locis. et ab eis rē aliā acceptare et de cōmuni voluntate permutatōem facere. hoc licitū sit dūmodo cū rōabilis hoc exposcat et res q princeps prestiterit maior fuerit vel saltem equalis et super hac permutatione principis sanctio promulgetur. Nota q princeps potest rē suaz imobilem cū re eccē imobili permutare dūmodo eccā nō ledatur Itē pragmatica sanctio ē confirmatō ab imperatore facta.

Ut cōmutationes. Ca. Dicit in hoc capitulo q cōcessiones facte ab antecessore in damnū eccē poterunt ēuocari a successore. Nota q res eccē cum re cōmutari debent. Itē successor pōt revocare res male alienatas a predecessore.

Mancipia Ca. Quesitū fuit i concilio isto vtrū mancipia eccārum possint permutari cū mancipiis laicorū statuit cōcil. q mancipia ecclesiastica permutari nō debeant nisi ad libertatem ita videlicet q mancipia que dantur pro mancipio eccē pmaneant in seruitute ecclesie in libertate perpetua maneat. ita quod semel deo dedicatū fuit ad humanos vsus nō dz redire. Nota q res eccē tum ad humanos vsus redire nō dēt.

Iniustū. Ca. idem dicitur in capitulo isto q primo. i. i primo. s. q mancipia que fideles deo z sanctis ecclesiis pro remedio animarū suarū cōtulerunt occasione alicuius cōmutatōis in seruitutē seculariū iterū nō redigūtur. quia vt canon dicit. fui fugitivi solūmodo distrahi possunt elemosina enī vnius peccatum alterius fieri nō dz. nec ad hūanos vsus seruus eccē redire dz. Nota q mancipia ecclesiastica in seruitutem seculariū redigi nō debent. Itē serui fugitivi distrahi pōt. Itē vnius elemosina alterius peccatū eē non dz.

Quesitum. Ca. in concil. turonē. statutū fuit q cōmutatio dignitatū fieri non dz. quesitū fuit a pa. vtrū commutatio prebendarū fieri possit cū hoc in concil nō fuerit prohibitū. vnde videbatur promissū rē. pa. generaliter verū est q cōmutatio prebendarū fieri non potest precipue aliqua pactione premissa que in spiritualibus annexis simoniacā continet prauitatē. si vero eps cām viderit necessariā poterit de loco ad locū transferre personas. Nota q permutatio tam in prebendis q in dignitatibus ē prohibita. Itē in spiritualibus oīs pactio illicita reprobatur. Item nō solū i spiritualibus sed etiā in eis ānexis cōmittitur simonia. Itē episcopus ppt cām necessariam potest facere cōmutationes prebendarū et translatōes personaruz quod intellige non premissa aliqua pactione.

Ad questiones. Ca. Due cōuentuales eccē cōstitute erant in dioce. istius episcopi vtraq illarum habebat

ecām prochialem cū possessionibus suis ⁊ vtraqꝫ prochialis eccā magis erat viciana alteri ꝙ illi cui erat subiecta. ¶ Iste cōuentuales eccē velebant ad ĩuicem permutare illas parrochiales eccās sed altera prochialis eccā pluribus possessionibus abundabat. et ideo cōuentus alis eccā cui subest postulat sibi adiici certā pcmie quantitatē vt sic cōtractꝰ permutatōis possit ad equalitatē pduci. quereb̃atur vtrū hoc licite fieri possit cū pa. ꝙ vnus cōtractus fiat de prochialibus ecclesijs per se ⁊ alius cōtractus de possessionibus fiat per se ⁊ si rōe possessionū vna eccā preferē alti ab alia eccā certa sibi pcmie quantitas adiiciatur ita ꝙ cōtractus sibi inuicē nullatenus misceantur. ¶ Nota ꝙ monasteria pñt habere eccās prochiales ¶ Itē permutatio tpalium ⁊ spiritualiū ad inuicē fieri nō possunt. sed spiritualia inter se et tē poralia inter se recte permutari possunt ¶ Itē cōmutatio eccē fieri potest licet vē dicto sit interdicta.

¶ Cū olim. Ca. Magister s. archid. et B. prepositus adinuicē suas dignitates pmutarunt propria temeritate ortā fuit postmodū super ipsa permutatione questio inter eos propter quod partes accesserunt ad dñm pa. in cuius presentia magister s. sponte fuit cōfessus de permutatione. sed B prepositus eā infitiebatur omnino dicēs ꝙ ipse prepositurā suā sine aliqua cōditione resignauit et post resignatōem predicti magistri archidiaconatū fuerat assecutus pa. auditis hinc et inde propositis cōstitit ei ꝙ dictus B. permutationi cōsensit ⁊ p̄ dictus magister publice fuit errorē suū cōfessus. vnde vtrūqꝫ sua dignitate per sniam diffinitiuā priuant. Nota ꝙ qui dignitates vel beneficia auctoritate ꝑ pria cōmutant illis dignitatibus ⁊ prebendis sunt priuandi. ¶ Itē cōfessus in iure pro convicto habetur. ¶ Itē cū sponte confesso nō initius agitur ꝙ cū convicto sed hoc fortasse fit propter connexitatem.

¶ Cum vniuersorū. Ca. G. canonicus leodien. et l. clericus ceperunt inter se tractare de permutatione prebēdarum suarū quā permutatōem credebant sibi expedire g. canonicus prebendā suā isti l. resignauit dictus l. cōtulit eā cuidam cōsanguineo suo sed suā prebendā facere promisit noluit resignare. et sic dictus g. spe sua frustratus remansit. ⁊ super hoc cora leodien. epō fuit diutius litigatū. tandē dictus l. appellauit ad pa. ꝑ dictus g. ad se. ap' accessit. dictus l. nec venit nec misit. dictus g. predicta exposuit dño pa. vnde super hoc scribit pa. quibusdam dicens. cū igitur decepti et nō decipientibus iura subueniant quāuis ipsi non possent de iure beneficia ecclesiastica permutare. vt simplicitati venia tribuatur. mandat quatinus si cōstiterit predictū g taliter fuisse deceptum cōsanguineus illius l. ab ipsa remoueatur p̄benda. et quilibet alius illicitus detentor eam restitui faciant dicto g. Nota hic duas regulas. ꝙ decepti ⁊ nō decipientibus iura subueniunt. ¶ Itē fraus ⁊ dolus nemini dz patrocinari. ¶ Itē permutatio prebendarū non potest fieri a possessoribus prebendarū sine auctoritate superioris ¶ Itē simplicitati parcendū est.

¶ Exhibita. Ca. inter abbatē et cōuentū sancti martini d̄ panormo ex vna parte et prepositū albeneñ. ex altera super quibusdā decimis questio vertebatur cū super hoc cōmissa fuit cuidam cappellano dñi pa. in vngaria cōmorāti

tandem super questione illa cõpromissũ fuit vtrimqz in dictũ cappellanũ z magistrũ m. tanqꝫ in arbitros qui taliter arbitrati sũt qꝫ si dictus prepositus obtinere posset a rege vngarie decẽ milia sol. concedi monasterio predicto manachi cessarent a petitione decimarũ monachi dubitantes fortitan an talis permutatio valeret. significauerunt hoc dño pa. vnde mandat quibusdã quatinus si cõstiterit de premissis tale arbitriũ decernant irritũ et inane. et quicqd secutũ ẽ ex eo vel ob id cũ permutatio de spiritualibus ad tpalia sit inhibita. Nota qꝫ tpalia cũ spiritualibus permutari non debent. Itẽ si principale nõ tenet nec accessoriũ vel qd̃ est ex eo secutum.

¶ De feudis.

Insinuatiõe. Ca. epus maurien. recepit in pignus quasdaz possessiones ab m. pro quadã pecunie quantitate quã mutuauit eidez quas dictꝰ m. ab eccã maurien. tenebat in feudũ quereretur vtrũ epus deberet cõputare fructus in sortẽ. rñdetur qꝫ epo licet retinere gangeriã predictam fructibus nõ cõputatis in sortẽ quã diu sortez restituerit totã ita tamẽ qꝫ qdiu fructus illos recepit nõ cõputandos in sortem dictus m. a seruitio quo eccã illi pro feudo ipso tenetur interim sit ĩmunis. ‖ Nota hic casũ in quo fructus non cõputantur in sortẽ. nec tamẽ cõmittit vsura. ‖ Itẽ fructus succedunt loco seruicij. ‖ Itẽ proprietas fructuũ siue possessio penes feudatariũ ẽ z non penes dominũ feudi.

¶ Ex parte. Ca. Archiepeme diolan. fecit tres questiones dño pa. vasallus eccã decessit feudũ quod ab eccã tenebat deuolutũ ẽ ad ipsũ quesiuit vtrz feudũ illud liceat ei alij dare non obstãte iuramento quo tenetur nõ infeudare de nouo romano pontifice incõsulto ‖ Secundo quesiuit. ecce vasallus alienauit feudũ quod ab eccã tenebat sine licẽtia domini z sic amisit feudũ. vtrz possit filium illius vel cõsanguineũ cõsortez eiusdem feudi inuestire de illo. ‖ Tertia questio ẽ talis. vasallus eccẽ alienauit feudum quod ab eccã. tenebat. eccã nõ põt feudum illud de facili recuperare. quesiuit vtrũ feudũ illud possit alij laico dare in feudũ. qui illud recuperet ab eccã recognoscat. ad quãlibet questionẽ respondz qꝫ licite feudũ illud cõcedi potest. ‖ Nota. qꝫ iuramentũ de nõ infeudando. de nouo non extenditur ad feuda antiqua sed ad illa tm̃ que nũqꝫ fuerunt infeudata sed ab eccã possessa. Itẽ si vasallus feudũ alienat sine licentia dñi dz illud amittere. Itẽ valet donatio illius rei quã cõsequi nõ possumus.

¶ De pignoribus z alijs cautõibus.

Nullus. Ca. Dicitur in hoc capitulo qꝫ nulli presbitero lz ornamenta ecclesiastica laicis impignorare nisi in summa necessitate. Nota qꝫ ornamenta eccẽ impignorari laicis non possunt nisi iustissima necessitate vrgente.

¶ Lator. Ca. Dicitur qꝫ homo liber capi vel detineri nõ dz. s. pro debito etiã si res defuerint. Nota qꝫ homo liber pro debito capi vel detineri non dz quod vtrũ ẽ si homo cedere voluerit vt. C. qui homo cedere possit li. i.

¶ Ex presentiũ Ca. Sacerdos eccẽ de offitona pro sua propria necessitate obligauit calicem argenteuz et me

dictaꝝ vnius hæreditatis eiusdē eccē. et
morte prouentus ea non recuperauit. fili
us illius defuncti requisitus per successo
rem vt res quas pater obligauerat recol
ligeret quod facere noluit. vnde sacerdos
cōquestus ē dño pa. vnde mandat epō ex
oīa. quatinus si verū est quod asseritur
filiū illius qui successit eidē cōpellat vt
res predictas recolligat ⁊ eccē restituat
supradicte. quia indignū ē vt res eius
debeant recipere. ¶ Nota q prelatus non
potest obligare bona eccē pro suo facto
proprio. quod si fecerit hæredes illi⁹ pos
sunt cōueniri. ¶ Itē bona illius tacite sūt
obligata eccē p facto rectoris. ¶ Itē fili
us hæres cōuenitur ex cōtractu defuncti

¶ Illo vos. ¶ Ca. Henricus et
B. eius frater filij g. ō cosa rec̄perunt
xxiij. libras mutuo a quadā muliere g.
nomine filia thebaldi et ab hæredibus
suis. pro qua pecunia obligauerunt ei
quasdam terras sed cū dicta mulier ter
rasillas restituere nollet impetrauerūt
lrās contra ipsam ad quosdā iudices co
ram quibus petebant terras illas sibi ē
stitui. ¶ Ex aduerso rēspondebatur ex par
te mulieris q terras illas nō tenebat
restituere cū pignori obligate nō essent
sed vendite p̄m q̄ instrumento inde con
fecto continetur predictus h. pro se ⁊ fre
suo dicebat terras illas nō eē venditas
sed pignori obligatas quia in instrumē
to venditōis talis erat adiecta cōdicio.
vt si a tpe cōtractus vsq; ad duos prox
imos annos prefato t. patri ipsius mu
lieris emptio displiceret g. p̄. h. ab inde
vsq; ad vnū annū solueret xxiij. libras
fructibus cōputatis perceptis iudices du
bitauerunt vtrū pura ⁊ absoluta esset
venditio an cōtractus pignoraticius iu
dicari deberet. cōsultus pa. rn̄. q̄ qualiscū
q; fuerit intentio cōtrahentiū et ex for
ma cōtractus nō appareat venditio con
ditionalis sed pura quānis per cōditōez
possit resolui tamē ex duobus que in in
strumento cōmentur videlicet q̄ fructꝰ
perceptꝰ in soluenda pecunia debeant cō
putari ⁊ q̄ vltra sortē tres libre debeāt
persolui contra ipsū emptorē presumit
vehementer. maxime cū ipse cōsueuerit
exercere vsuras. ¶ Nota q̄ cū dubitatur
de intentione cōtrahentiū forme cōtrac
tus standū est. ¶ Itē cū aliquid ultra
sortem percipitur vsura presumitur.
Itē contra eū presumitur q̄ sit vsurari
us qui vsuras recipere cōsuevit.

¶ Ex his. Ca. Quidam spolia
uit quendā mercatorē ⁊ etiā vulnera
uit grauiter ⁊ sic aufugit de terra. Jus
ticiarius regis cepit fratrē ⁊ vxorē illi
us malefactoris ⁊ de mandato ipsius ō
nia bona illius detracta fuerunt et pecu
nia soluta fuit mercatori qui spoliatus
fuerat ⁊ vulneratus a marito illius mu
lieris. sed quedā possessiones minute re
manserant quas frater illius malefac
toris retinuit de mandato iusticiarij. q̄a
emptoralig nō inuenirentur. vnde cū mu
lier illa dote sua propter maleficiū viri
fuerit spoliata impetrauit lrās ad iudicē
contra fratrē mariti sui qui quedā mari
ti bona possidebat. corā quo petebat dotē
suam sibi restitui vel saltē imtti in pos
sessionē bonorū mariti que ille possidē
bant ipse respondebat q̄ bona illa retinu
erit de mandato iusticiarij soluta pro e
is pecunia mercatori. put superius ē nar
ratum ⁊ hec omnia probauit corā iudice
dubitabat iudex quid iuris eēt. et pa. cō
sultus rn̄. q̄ si cōstiterit ei ex his que i
presentia sua proposita sunt ⁊ probata
q̄ mulier tantū dedisset viro suo in dotē
quantū ipsa petit cōdemnꝫ fratrē sui ma
riti eidem ad restitutōem dotis m tantū

quantū de bonis mariti nō fiat. possidē quia mulieribus fauor multus debetur in dotibus recuperandis et iure ciuili ca uetur q̄ propter maleficiū viri mulier manere nō debeat indotata · et quia bona mariti obligata sunt vxori p̄ dote sua ad quēlibet transeunt cū suo honore. Nota q̄ fauor multus debetur mulieri bus in dotibus suis recuperandis. // Itē propter maleficiū viri vxor dotē suā nō dz amittere. // Itē bona mariti tacite sūt obligata vxori pro dote sua. // Itē res transit cū honore suo ad quēlibet possessorem.

¶ Cū contra. // Ca. Quidā noie laurentius quandā pecunie quantitatē recepit a quodā creditore. pro qua pecu nia obligauit ei quasdā possessiones tē pore p̄cedente mortuus ē creditor ille heredes creditoris illius possessiones il las obligauerunt g cui anagnino. mor tuo postmodū laurentio debitore. rō mō te fortitino filius illius in presentia dñi pa. monit questionē super possessionib⁹ predictis contra dictū g. cuē anagninū dicēs q̄ de fructibus illarū tantū fuerat perceptum tum ab ipso g. tum ab alijs quibus possessionibus vel ille possessio nes fuerant obligate q̄ fructus illi sor ti poterant adequari. bene petebat illas possessiones sibi restitui. ad hoc probā dum suas probatōes induxit dñs pa. cō siderans q̄ in talibus fructus percepti debeant cōputari in sortē. et si qui vltra sortem percepti sunt restitui · videns eti am q̄ fructus illarū possessionū extenu assent ⁊ annulassent totū debitū decre uit possessiones illas restituendas dicto r. et in corpalez possessionē illarū ipsum fecit induci // Nota q̄ pignus mihi obli gatum alijs possum obligare // Itē he res potest petere pignora patri obligata Item fructus pignoris debent cōputari in sortē. // Item ad officiū iudicis perti net nō solum ferre sniām sed mittere in possessionem.

¶ Significauit. // Ca. Quidam ciuis pisanus r. nomine accepit mutuo cc. libras a g. cuē pisano pro qua pecuni a obligauit ei quādā domū. et promisit ei presti to iuramento q̄ nisi domū ipsam recolligeret termino cōstituto vlterius creditorē super ea non molestaret. sed di ctus r. infra. tempus statutū per certum et fidelē nunciū vt credebat pecuniā nu meratā creditori remisit. sed nuncius il le perfidē agens pecuniā illam sicut sibi iniunctū fuerat nō persoluit . et postmo dum idem r. ab imperatore detentus cre ditori satisfacere non potuit vt debebat sed postmodū ab imperatore liberatus pecuniā solnere voluit creditori et ipse e am recipere noluit quia non fuit in tēmi no persoluta. vnde dictus r. significauit hoc dño pa. super hoc scribit pa. quibusdā dicens cū ergo pactū legis cōmissorie sit in pignoribus improbatū. et prefatus r. quantū in eo fuit iuramentū seruauit quia per eū quē certū nunciū eē credebat pecuniā remisit in termino cōstituto mā dat pa. quatinus si est ita predictū cre ditorē ecclesiastica cēsura cōpellant vt sortē sua cōtentus pensionibus illis do mus cōputatis eam domū prefato resti tuat debitori pacto talive iuramento ne quaquam obstante. // Nota q̄ pactum legis cōmissorie in pignoribus appositū non obstet quominus pignus restituat nisi iuramentū interuenisset. // Item iuramentum in casu isto preiudicat legi cū sine periculo anime possit seruari. // Itē posse suū faciens mandatuz legis ad implet // Itē malicia nunciy nō obest do mino dū modo ab inicio credatur fidelis

nuncius. ¶Item fructus pignoris compu tandi sunt in sortē.

¶Cū constet. Ca. Quidā fecit testamentū et in testamento illo reliqt proprietatē bonorū suorū marie uxori c. usumfructū uero J. matri sue uxori ogerij. marie proprietaria mortuo testa tore petebat ab i. uxore ogerij prestari sibi idoneā cautōem q ipsa uteretur ⁊ fruereture. salua rerū substantia in reb9 īmobilibus ad arbitriū boni viri. man dat pa. quibusdā quatinus cōpellant ip sam ad cautōem idoneā prestandā q ip sa utatur et fruatur rebus īmobilibus ad arbitriū boni viri que usu non consu mantur pecuniā si quā habuit uel habe bit et estimatōem aliorū bonorū que¦ vsucōsumuntur et in hereditate. inuenta fuerunt post mortem ipsius restituit siue restituat dicte marie uel heredibus eiꝰ Nota q usufructuarius tenetur presta re cautōem q utatur et fruatur ad arbi triū boni viri. alias repellitur vt quidaꝫ dicunt.

¶De fideiussoribus.

¶Clericus. Ca. dicitur in hoc capitulo q clericus inserui ens fideiussionibus a clero dꝫ ē moueri. ¶Nota q clericus fideiubere nō dꝫ quod uerū est frequēter per illud ver bum inseruiens.

¶Peruenit. Ca. Quidā cleri ci e. et f. anglici receperunt quandā quā titatē pecunie mutuo a quibusdā mercā toribus bonoeñ. quidā clericus r. noīe. fi deiussit pro predictis clericis apud mer catores vnus e. f. per fidē suam ⁊ alter per iuramentū promisit ad terminū cōsti tutū soluere pecuniā. sed illis pecuniam nō soluentibus dictus r. clericus satisfe cit creditoribus de eadē. vnde cōquestus fuit dño pa. scribit pa. epō elien. et ar chidiacono norbicen. dicens ne dictus r. dispendiū patiatur vnde videtur premiū obtinere. mandauit pa. bononien. epō vt inspiciat instrumenta super debitis illis que sunt apud creditores. ⁊ eorū trāscri pta sub sigillo suo signata mittat iudici bus istis mandans eisdē quatinus si per cōfessionē clericorū predictorū uel alias eis cōstiterit ē taliter se habere mone ant illos ⁊ cōpellant vt predicto r. pecu niā quam p eis soluit restituant et ipꝫ cōseruent indemnē. alioquin d̄ redditib9 eorū debita ipsa persolui faciant. et dam na illa resarciri aut reddens illos sibi assignent. tam diu detinēdos donec de ip sis ei fuerit satisfactū. ¶Preterea si cōsti terit predictos clericos religionē fidei ⁊ iuramenti sui violasse eos ab officio ⁊ be neficio suspendant. ¶Nota q si clericus fideiusserit tenetur. Item quisnō dꝫ pati suspendiū de quo meruit premiū obtine re. Item sigillo epi statur tanq̄ vere pro bationi. ¶Item confessus in iure pro iudi cato habetur. ¶Item cuꝫ oī in ecclesie satisf faciendum ē fideiussori. ¶Item stipendia clerici uel beneficiū detineri debent p de bito suo quod uerū est per iudicē. ¶Item fides ⁊ iuramentū equiparātur. ¶Item piurus priuari dꝫ officio ⁊ beneficio.

¶Constitutus. ¶Ca. Cancella rius cantuarien. tpe lat. concil. recepit mutuo quandam quantitatem pecunie a creditorib9 bononien. pro qua pecuni a magister simon fideiussit. et quia can cellarius pecuniam non soluebat mole stias plures predictus mgr̄ a creditori bus sustinebat ⁊ debitum fuit augmen tatum vnde dictus mgr̄ coquestus fuit

dño pa. vnde mandat archiepiscopo cantuarien' quati. si legittime sibi ꝺ hmõi affectatione cõstitutione cõstiterit prefatum cancellariũ moneat ꝛ cõpellat ecclesiastica cẽsura vt predictũ magistꝝ ab intercessione ꝛ obligatione absoluat et si debitũ vel accessiones forte negauerit iuramentũ calumnie subire cogat. nõ obstante cõtraria cõsuetudine. et qꝛ difficile foret dicto magistro testes ĩ angliam ducere mandat iudicibus londoñ. ut testes ꝙs idẽ magister inducere voluerit vice ipsius archiepiscopi recipiãt et examinent diligenter. et depositões eorum transmittant sub sigillis eorũ inclusas. significantes quanta fides testibus ꝛ instrumentis possit apponi ipi cancellario prius iniuncto vt ad testes videnꝺ dos vadat vel mittat. ¶ Nota ꝙ debitor tenetur liberare fideiussorẽ obligatõe in qua diu steterit // Itẽ debitũ et accessiones si eas soluit potest fideiussor petere a debitore // Itẽ nõ obstante loci cõsuetuꝺine clericus ꝺz iurare de. calumnia // Itẽ si testes remoti sũt dñt eorũ testimonia recipi ꝛ mitti iudicibus qui de cã cognoscunt // Itẽ iudex qui testes recipit vice alterius ei ꝺz significare quanta fides illis sit adhibenda. Itẽ testes recipi nõ debent in absentia eius cõtra quẽ mouentur vel eius procuratoris.

¶ Quod quibusꝺã ¶ Ca. Quibusꝺam religiosis fuit prohibitũ ne fideiubeant ꝙ aliquo sine licentia abbatis ꝛ cõuentus vel maioris partis. hanc prohibitiõem extendit concil' generale ad omnes religiosos. et prohibet ne aliquis pecuniã mutuo accipiat vltra sũmam a capitulo cõstitutã. alioquin nõ teneatur cõuentus ꝙ talibus respondere nisi pecunia illa in vtilitatẽ monasterij sit cõuersa ꝛ de hoc legittime cõstet. et qui cõtra hoc fecerit grauiori discipline subiiciat'. ¶ Nota ꝙ monachus nõ potest fideiubere vel mutuũ accipere sine licentia abbatis ꝛ cõuentus. // Itẽ generaliter tenet ecclã de his que in vtilitatem eius sunt conuersa.

¶ Cum pro quo. ¶ Ca. Obligasti te ꝙ aliq̃ fideiussorio nõie. queritur vtrũ possis agere contra principalẽ debitorꝛ vt te liberaret ab obligatione rñ. pa. ꝙ si debitor diu cessauit in solutõe debiti. vel si dissipare incepit bona sua. aut si cõdemnatus fuisti recte ageꝛ poteris contra ipsum vt te liberet a fideiussione Ex hac ꝺc. nota ꝙ in tribus casibus potest fideiussor agere cõtra debitorẽ ante quã soluat. s. si debitor diu cessauit in solutõe debiti vel si dissipare incepit bona sua aut si cõdemnatus sit fideiussor.

¶ De solutionibus.

AD hoc. ¶ Ca. Dicitur ĩ hoc ca. ꝙ sicut filiꝰ debita patris cuius est hẽres tenetur soluere ita prelatus debita antecessoris sui pro vtilitate ecclẽ cõtracta. // Nota ꝙ filius tenetur soluere debita patris ex cõtractu vel quasi ex delicto. nõ tenetur nisi ĩquãtum ad ipsũ peruenit vt C. ne de statu dfũc l. i. vt quidã dicũt ꝑm canones vero tenetur ex delicto in solidũ. et hoc intellige de filio qui ẽ hẽres. si enĩ hereditatẽ non haberet in nullo teneretur. // Item nota ꝙ prelatus predecessoris sui debita soluere tenetur si pro vtilitate ecclẽ contracta fuerint.

¶ Si quorundã. ¶ Ca. Quidam prelati ecclarum obligabant ecclam suã pro debitis alienis. cõcedebant etiã lrãe

vel sigilla vt pecuniã recipient cũ sigill ipsor prelatorũ. precipit pa. q de cetero ista nõ fiant. decernẽs eccãs nõ teneri si secus fuerit attemptatum ad solutõem aliũ debitorũ. et si aliquis prelatus cõtra hoc venire presumpserit ab administratione tpalium ⁊ spũalium nouerit se suspensũ ¶ Nota q ex cõtractu prelati nõ tenetur eccã nisi versũ sit in vtilitatẽ ipsius. ¶ Itẽ prelatus qui obligat eccãm p alienis debitis suspensus ẽ ipso facto ab administratione spiritualiũ et tpaliũ.

¶ Odardus. Ca. Odardus clericus obligatꝰ erat p. clerico et d. laico ⁊ qbusdam aliis in quadã quãtitate pecunie. ipsi cõuenerunt ipsũ odardũ corã officiali archid. remen. ipse cõfessus fuit debita illa sed propter inopiã soluere nõ valet. tat' officialis nihilominus excõmunicauit eundẽ. propter quod cõquestus fuit dño pa. mandat pa. quibusdã q si cõstiterit q idẽ o. non possit soluere debita p dicta in totũ vel in partẽ sũam ipsam dẽant relaxare sine aliqua difficultate recepta prius ab eo idonea cautione. q si ad meliorẽ statum puenerit debita ipsa persoluat. ¶ Nota q qui soluere vel satisfacere nõ potest nõ excõmunicandus ẽ sed prestet idoneã cautõem q soluat q cito poterit.

¶ Is qui. Ca. Aliquis credens se teneri alicui creditori soluit ei pecuniam. videns postea q ei nõ tenebatur q plene satisfecerat ei repetebat pecuniã indebite solutã. queritur quis debeat p hanc q indebita fuerit illa pecunia. respondetur q ille qui dicit q indebite sit soluta dz hoc probare nisi ille negarz solutõem sibi factam. tũc si ei probetur solutõem factam ipse qui cõuenitur dz probare q pecuniã debitã recepisset. ¶ Nota q qui repetit indebitũ solutum illud dz probare. ¶ Itẽ qui negat solutõem sibi factaz. si de hoc cõueniatur in eã trãsfertur onus probandi q debitã pecuniã recepit.

¶ De donationibus.

Prudentes. Ca. Si nobilis homo sponte donet aliquid alicui estimare dz se ad hoc teneri. et hanc legẽ sibi dz imponere et nisi ãplius fecerit ⁊ creuerit in beneficio nil credat fecisse. Nota q si aliquis nobili tribuit tanq̃ debitum peti potest. ¶ Itẽ parum ẽ dare nisi datum augeatur. Itẽ apud mentes nobiliũ semplenũ donũ videtur q sine adiectione relinquitur.

¶ Fraternitatẽ. Ca. epõs papien. predecessor istius graues fecit donationes de rebus episcopatus in detrimẽtum eccẽ inconsultis canonicis suis. petebat iste successor a pa. vt posset eas ꝛuocare. rescribit ei pa. dicens q epõs ⁊ quilibet prelatus eccẽ procurator ẽ et nõ dominus. et ideo cõditõem eccẽ meliorẽ facere potest deteriorẽ vero facere nõ dz. vnde donatões ille de iure nõ tenent. qr indulget. vt donatões illas tã a clericis q a laicis debeat reuocare. ¶ Nota q prelatus nõ ẽ dñs sed procurator rerũ eccẽ ¶ Itẽ cõditõem eccẽ meliorare potest deteriorare nõ. ¶ Itẽ donatio episcopi fcã sine cõsensu capituli non valet.

¶ Ceterũ. Ca. Abbas fecit donationẽ cũ priore et quibusdã de cõuentu et solus abbas. postea pars cõuentus ẽclamat et cõtradicit. queritur qd iuris sit dicendum q quantitas rei donate et cõsuetudo loci dz cõsiderari in tali donatione ita tamẽ q cõsuetudo nõ sit cõtra canones. et ꝑm hoc donũ ratũ dz rẽ vel irritũ Nota q cõsuetudo in donatõibus debet

obſeruari. // Itē quāticus ri facit donū licitū vel illicitum.

¶ Consultationibus. // Ca. Aliquis patronus vel prælatus cōcessit ecclesiam alicui clerico viuente rectore illius ecclē. queritur an talis cōcessio valeat. rñdetur q nullius ē momenti. si āt cōcessio fiat religiosis loci ab eō vel ipsius auctoritate tenet. sed persona que eccām tenet sine assensu ipsius remoueri nō dz. // Nota q eccā nō vacans priuate persone cōcedi nō potest. // Itē ecclesie cōcedi possunt locis religiosis viuentibus personis earū quod vrū est auctoritate eps. // Itē nullus sine culpa iure suo priuari dz.

¶ Per tuas. Ca. Quidā nobiles florentini tpe sasmatis tenuerunt e piscopū florentinū in domo sua. sedato sasmate eps de mandato alex. pape. dedit in feudū predictis nobilibus quatuor modios terre. et successor ipsius prefatos nobiles de cetero feudo inuestiuit. ꝑ cū ipsi terrā illam mensurari fecissent. non inuenerunt nisi duos modios. vnde petebant feudū illud sibi reintegrari. dubitabat eps an posset cū nō essent in possessione illius ne de nouo viderentur conferre. cōsultus pa. rñ. q eccā in actibus suis nō dz fraudē adhibere vel dolū. vnd̄ secure poterit feudū. integrare. cū terra qua tuor modiorū illis fuerit assignata. // Nota q episcopus rōe seruicij persone sue prestiti potest rem eccē infeudare. // Itē ex inuestitura nāscitur quis possessionem. // Itē eccā in factis suis non dz fraudē vel dolū adhibere. // Itē beneficium promissū reintegrari dz nō minui.

¶ Cū dilecti. // Ca. Quidā nobilis contulit quasdā terras pure ⁊ simpliciter sine aliqua cōditiōe pro remedio anime sue in elemosinā monasterio de melros Itē aliā terrā dedit eidē monasterio sb conditione pensionis vt forte si pensio debita nō solueretur redigere posset terram illā in forestā alanus dicti nobilis filius donatōes illas volebat pr violēciam redigere in forestā. super hoc causa fuit cōmissa iudicibus. iudices examinato negocio dubitauerunt q̄ qua parte deberent ferre sniām. remsertūt cām̄ instructam cū instrumēto donatōis ad papa. scribit pa. eis dē iudicibus mandās quatinus pro monasterio ferant sniām apte. quia ex tenore instrumenti apparet q̄ ista fuit intentio donatoris vt clausula illa de foresta que ponitur in fine īstrumenti non dz referri ad primā donatōez que libera ⁊ pura fuit ab omni cōsuetudine seculari sed respicit inferiorē cōcessionem que dz pensionē inserrā ꝑm rectum intellectū. quia in cōtractibus plena dz interpretatio adhiberi. in testamentis plenior. in beneficijs pleniſſima. Nota q donatōem a patre factā filius nō potest reuocare. // Itē quando dubitatur de intentione testatoris vel donatoris. ⁊ ipse decessit recurrendū est ad superiorē et eius interpretatio tenēda ē super hoc Itē in donationibus ad intentionē donatoris recurrendū est. // Itē determinatō quandoq̄ respicit proxime posita quandoq̄ alia. // Itē nota regulā q̄ in cōtractibus plena. in testamētis plenior. i beneficijs pleniſſima dz interpretatione adhiberi.

¶ Pastoralis. // Ca. Episcopus de cōsensu patroni cōcessit eccām quandā quibusdā religiosis sub hac forma. cōcedimus vobis talē eccām. queritur vtr̄ eo ipso videatur in eorū vsus fuisse cōcessa. vel solūmodo ius patronarū. q̄ si episcopus illā eccām illis cōferat de cōsensu patroni. patronus videtur conferre q̄d

suum ē. s. ius patronatus. et eps cōferre videtur quod epaliter obtinet in ipsa eccā. vt si aliquā portōem fructuū eiusdem eccē rapiat portio illa cōuerteretur in eorū vsus. si vero de fructibus illius eccē nullam rapit episcopus portōem omnes. prouentus preter cathedraticū cōuertunt in vsus monachorū. sed vt e piscopi donatio sit legittima consensus capituli ē requirendus. ‖ Nota q̄ quedā sunt que generali cōcessione nō transeunt inter que ē cathedraticū. ‖ Itē donatio epi non valet sine cōsensu capituli. Itē cōsensus capituli valet ꝛz tpe cōcessionis nō sit prestitus. vnde nota q̄ ab inicio non valet expost fō cōualescit.

¶ Inter dilectos Ca. Inter hospitalarios sancti sepulcri et fratres hospitalis sancti allucē vertebatur questio super ipso hospitali. cū hospitalarij sup possessorio semel et iterꝫ questionē īcontassent ipsi cōtrariam sniām reportauerunt. tandē ad petitoriū recurrere cūt. proponentes in presentia pa. q̄ g. rector et fratres et patroni hospitalis sancti allucē. habito cōmuni cōtractu dliberauerūt ipsuz hospitale supponere hospitalarijs supradictis cōmittentes in hoc tribus procuratoribus vices suas vt quod super hoc per eos fieret approbarent. illi procuratores cū hospitalarijs taliter statuerunt. vt aliqui mitterentur ad ipsū hospitale qui eorū nomine reciperent assignationē ipsius duo missi ad ipsū hospitale fuerunt qui receperunt donatōem ꝛassignatōem hospitalis a magistro ꝛ procuratoribus ꝛ alijs fratribus hospitor ex aduerso rndit q̄ predicta donatio nō valebat. quia donatio illa facta fuerat a predicto rectore et fratribus paucioribꝰ primis. et excōmunicatis. multis ex alijs fratribus incōsultis et in fraudē plenarii de piscia qui super ipso hospitali cōtra eos mouerat questionē. dūs pa. his et alijs intellectis cōsiderans q̄ fratres et patroni sancti allucij pro se imo potiꝰ contra se ꝛ suam turpitudinē allegabāt excōmunicatōem periuriū ꝛ fraudē ab ipsis cōmissam. et intelligens donatōez ab ipsis factā puram et simplicē extitisse quia deceptis et nō decipientibus iura sūbuenient per ea que proposita sunt cōtra proprium factū defendere se nō possunt. adiudicauit hospitale predictū cū omnibus pertinētijs suis hospitalarijs sancti sepulcri ita tamē q̄ per hanc sniām nullꝰ preiudiciū generetur diocesano epō et plebano de piscia. cū res inter alios acta alijs obesse non debeat. Nota q̄ licet quis fucāūbat in possessorio nihilominꝰ potest intentare petitoriū. Itē allegās turpitudinē suā non ē audiendus. ‖ Itē deceptis ꝛ nō decipientibus iura subueniunt. ‖ Itē res inter alios acta alijs nō prejudicat.

¶ Apostolice sedis Ca. Episcopi successiue locis religiosis de redditibꝰ eccārum suarū cōferunt vltra quinquagesimā portōem. quandoqꝫ vsqꝫ ad tertiam vel quartā partē. quereburtur vtꝫ successores possint reuocare quod vltra quinquagesimā datū est. ad hoc rndet pa. licet sit diffinitū in canone. vt si aliquis episcoporū in prochia sua voluerit cōstruere monasteriū ꝛ ipsū dotare de ē bus eccē sue nō amplius cōferat q̄ quinquagesimā portōem census ipsius eccē. si vero eccā secularē vellet facere monasteriū vel eam ampliare pro suis sepulturis nō amplius ei cōferat q̄ centesimaz partē census eccē cui preest. hac equitate seruata vt cui tribuit cōpetens subsidiū cōferat ꝛ cui tollit damna grauia nō īfligat. ita tamē q̄ vnam de predictis ēmu

neratõibus quã voluerit tantũ assũat et hoc seruandũ est q̃ vnus epõs vel alius non dz vltra quinquagesimã vel cẽtesimam portõez cõferre. sed nec tantũ vel etiã minus cũ graui detrimento ecclẽ sue siue simul et semel id facere velit siue pluries successiue eidẽ ecclẽ vel diuersis. vnde quicq̃d cũ graui detrimento siue dõ possessionibus siue de quentibus ad ecclesiam cathedralẽ vel mensam epi pertinentibus cõstiterit eẽ collatũ poterit legittime reuocari nisi prescriptione vel alia legittima exceptione hmõi actio excludatur. tandẽ respondet quasi tacite q̃stioni. diceret aliquis non videtur q̃ collatio quinquagesime vel centesime partis possit graue damnũ inferre. et ipse respondet siue semel tantum id fiat siue pluries ex varijs circũstancijs potest dꝰ prohiberi eẽ valde damnosũ et hoc potiꝰ potest cognosci ipso facto q̃ per aliquod statutũ. et ita nec quinquagesima nec centesima dz cũ graui damno concedi semel aut sepe. si vero in tantum abũdet episcopus vel sine damno ecclẽ sue amplius q̃ quinquagesimã vel cẽtesimaz possit conferri necessitati alterius ecclẽ licz per se non deberet excedere sũmam a canone cõstitutam. tamẽ de superioris auctoritate potest etiã ĩ maiori sũma necessitati alterius ecclẽ subuenire. ¶ Nota q̃ equitas est seruanda nõ solum ĩ iudicijs sed etiã in donatõibus. ¶ Itẽ donatõem potest episcopus facere nõ tantũ de rebꝰ episcopatus sed etiã canonicorũ. ¶ Itez non solũ de quentibus sed etiã de possessionibus. ¶ Itẽ successor potest reuocare donatõem factam a predecessore si vergat in graue damnũ ecclẽ. ¶ Itẽ in donationibus valet prescriptio. ¶ Itẽ hic patuit q̃ episcopus potest cõferre quinquagesimã vel centesimã portõem. ¶ Itẽ licet aliquid presumatur prima facie nõ esse damnosum. tamen probatio admittitur in cõtrarium. ¶ Itẽ quedã melius sciuntur ipso facto q̃ iuris expressione. ¶ Itẽ sũmam taxatã a canone potest prelatus in donatõe excedere. non tamẽ propria auctoritate sed superiorie.

¶ Propter eius. Ca. Aliquis pone ticius aliquã libertatẽ siue donationem cõtulit in aliquẽ. queritur vtrum talis libertas seu donatio aliquo casu posset reuocari. rñdetur q̃ de iuris rigore donatio in casibus potest reuocari. si forte donatarius impias manus in suũ donatorem iecit. vel si atroces iniurias sibi intulit seu graue damnũ rerũ suarũ vel periculũ vite datori suo inferre presumpsit. sed si donator in vita sua de his nihil dixit successores illius hanc libertatẽ seu donatõez reuocare nõ poterunt. Nota hic quatuor casus in quibus propter ingratitudinẽ donatio reuocatur. s. si donatarius impias manus in suũ donatorem iecit. vel si atroces iniurias sibi intulit seu graue damnũ rerum suarum vel periculũ vite sibi ĩferre presumpsit. Itẽ nota q̃ si donator de his in vita sua tacuerit successores eius libertatẽ seu donatõem reuocare nõ possunt.

¶ De preulio clericorũ.

Inuestigandũ ¶ Ca. Statuit concilium arelatẽse. q̃ si presbiter nihil habens promotus fuerit ad regimen alicuius ecclẽ ꝛ postea emerit predia debent eẽ ad quaz nihil habens promotus est. Nota hic ar. omnia que prelatus possidet presumi de bonis ecclẽ acquisita fuisse.

¶ Presbiter. Ca. Dicitur ĩ hoc capitulo q̃ si presbiter q̃ tenet prochiã

aliqua emerit ad nomen ecc̄e cōficiat instrumentum et qui contra fecerit ab eius ordinatione remoueatur. Nota q̄ cū presbiter aliquid emit. dz facere instrumentū in quo cōtineatur illud eē ecclesie quod rerū ē cum emit de rebus ecclesie. secus ē si patrimonio suo emit.

¶ Vt vnusquisq;. ¶ Ca. Dicitur in hoc capitulo q̄ quicq̄d presbiter acq̄sinit at pe promotōis sue post mortem eius maneat ecc̄e. Nota q̄ quicq̄d prelatus acquirit post institutōem suā de rebus ecclesie ē eius occasione ecc̄e.

¶ Inquirendū. ¶ Ca. Statuit cōal. remen. q̄ si aliquis presbiterorum de redditibus ecc̄e vel oblationibus ecc̄e vel votis fideliū res aliquas cōparauerit nō nomine ecc̄e sed alieno ecc̄a poterit res illas retere si cōstiterit q̄ de bonis ecc̄e fuerint cōparate. et ipse qui hoc fecit dz puniri. quia sicut nō suo nomine ita nec alieno de suis facultatibus ecc̄e fraudē facere dz. hoc enī sacrilegiū ē et par crimini inde qui sacras obligatōes fucatur. Nota q̄ de rebus ecc̄e nō potest prelatus aliquid alicui acquirere et emere nisi ecc̄e. Itē qui de rebus ecc̄e fraudem facit sacrilegium committit et furtum.

¶ Si quis sane. Ca. Statuit cōal. toletan. q̄ si aliquis clericus pro sua sustentatione in terra ecc̄e vineolas aut agella fecerit meliorando terrā ecc̄e possideat ea vsq; ad mortē et tunc ecc̄e restituat. nec iure testamēti aut iure successionis alicui relinquat. nisi forsan episcopus velit eā assignare alicui ad tēpus p̄ seruicijs ecc̄e prestitis. // Nota q̄ nec prelatus nec clericus bona ecc̄e potest alicui post mortē suam relinquere. Itē eps potest cōferre alicui terrā ecc̄e pro seruicio ecc̄e prestito.

De testamentis et vltimis voluntatibus.

Quorundā. Ca. Joannes athenlane ciuitatis episcopus fecit testamentū quendā ciuē vel nutrim suā in octo vncijs substantie sue sibi heredē instituit et ecc̄am suā in residuis quatuor mandat pa. anthonio subdiacono vt hoc diligenter inquirat et quicquid de bonis ecc̄e ipsi constiterit habuisse ad ius ecc̄e a qualibet persona debeat reuocare nisi illud solū quod ante suā promotōez noscitur habuisse. et quicq̄d acquisiuit post suā cōsecratōem in dominio ecc̄e cōseruetur. Nota q̄ prelatus de bonis ecc̄e testari nō potest Itē quicq̄d acquirit prelatus post suā cōsecratōem remanere dz ecc̄e.

¶ Quia ingredientibus. Ca. Quedā abbatissa cuiusdam monasterij c. nomine fecit testamētū in quo quibusdam plura legauit que vsq; ad mortez non induit habitū monachalē. sed stetit in vestibus quibus presbiteri illius loci vtuntur sicut et illa que ipsam professerat dicens. hoc sibi licere ex cōsuetudine. galmia abbatissa eiusdez monasterij que successit conquesta ē dño pa. q̄ illa taliter legata relinqueret. rñ. pa. post quā illa ordinata ē abbatissa et in monasterio morata ad culpaz epi pertinuit qui illam in secularibus vestibus stare permisit. nō tamē propter hoc monasterio preiudicare potuit. sed post q̄ monasteriū intrauit se et sua eidē monasterio dedicauit. // Nota q̄ delictū subditorum ad culpam prelatorū pertinet. Itē delictū persone in damnū ecc̄e redundat non dz. // Itē intrando monasteriū se et sua intelligitur quis cōtuliſſe nec āplius potest inde testari.

¶ Nos quidē. Ca. Quidam c. nomine fecit testamentū et t. mulierē sibi hērēdē instituit. precipiens monasterium de bonis suis debere fundari cuius defide riū ab illa muliere ipsius hērede protrahitur. peruenit hoc ad dñm pa. vnde mandat epō loci qua. mulierē illam moneat. vt infra ann ū monasteriū quod testator fieri i precepit debeat cōstruere in loco vbi fuit cōstitutū. q si hoc nō fecerit epūs illud faciat fieri. et omnia per episcopū designētur illi loco sine aliqua diminutione. q etiā secundū leges voluntates defunctorū per epōs adimpleri debent. ‖ Nota q voluntas defuncti ad pias cās adimpleri dz ab hērede infra ā num. ‖ Itē si hērēs negligens ē episcopus loci hoc faciat. q secundū leges voluntates defunctorū per epōs adimpleri debent.

¶ Indicante. Ca. Mulier quedam vxor redempti moriens concā argēti iussit renundari et dari libertus suis et quandā scutellā argentēā reliquit cuidam monasterio. mandat pa. q voluntas illius per omnia dz adimpleri. ‖ Nota q vxor potest testari viuente marito Itē voluntas testatoris per omnia adimpleri debet.

¶ Filius noster. Ca. Quidam p. nomine fecit testamentū et in testamēto illo quedā que ad ipsū nō pertinebāt cā fue sepulture reliquit cuidā episcopo filius eius petebat bona illa vt ea restitueret illi cuius fuerant sed episcopus hoc facere nolebat. vnde cōquestus est domno pa. scribit pa. illi episcopo dicēs. q leges seculi habent vt hērēs soluere cōpellatur. si testator rem legauerit alienam sed quia episcopus viuere dz lege dei non aūt lege seculariū iustum est vt res que dicūtur ē cuiusdā ecclē teneantur ab ipso qui aliena restituere debuit Nota q si testator scienter rem alienaz legauerit q leges hērēs tenetur rem legatā dare legatario vel estimatōem eq secundū legē dei nō cōpellitur.

ius ecclesiasticū taliter nō diminuerēt. nec decimas egentiū aīarum detinerent et primo soluit primū dictū predictū ꝙsi per locū a minori. deus cuius ē terra non dz eē exterioris conditōis quā dominus talis qui terrā suā alij tradit excolendam partē suam integraliter recipit a colono sine aliqua deductione expensarum multo fortius decime quas dominus sibi retinuit in signū vniuersalis dominij sine deductione aliqua expensarū clericis pculdubio sūt soluende. et si laici moniti eas soluere noluerīt ecclesiastica censura sunt cogendi. Secundo rñ. ad secūdū dictū predictorū. sicut colonus de parte fructuū que sibi remanet rōe culture sine diminutione decimā soluere tenetur sic ⁊ dominus de portione quā recipit a colono. tertio rñ. ad vltimū dictū. quamuis clerici mali sint pretextu eorū malicie alijs ꝙ his quibus de iure tenentur non sunt soluende quia non licet alicui concedere aliena preter dñi voluntatez In fine mandat epō quatinus cōpellat omnes ad decimas pſoluendas clericis et ecclē sue dioc. quibus exhibere tenētur tā rōe psonarū ꝙ etiā prediorū Nota decimas prediales sine deductione expēsarum soluendas. Itē decime dātur clericis p cultu diuino. Itē nulli licet cuiquam cōcedere alienā preter dñi voluntatem. quia propter hoc non remittitur debitū sed augetur.

¶ Ex parte. Ca. abbas sancte columbane senon. impetrauit priuilegiū ne decimas de labore terre prochiarū suarum cū integritate perciperet. post impetratum priuilegiū surrexerunt ibi noualia. quesiuit abbas vtrū deberet percipere decimas noualiū auctoritate priuilegij sibi cōcessi rñ. pa. ꝙ cū sit ei cōcessus quod maius ē videlicet vt possit percipere decimas de labore terre prochiarū suarum percipere potest. quia vbi maius cō cōceditur ⁊ minus cōcessum videtur. Nota ꝙ priuilegiū trahitur ad res futuras et res cōsecuturas. / Itē priuilegiū large interpretari dz in hoc casu. / Itē cui cōceditur maius ⁊ minus cōcessum eē videtur.

¶ Pastoralis. Ca. aliquis habet molendina ⁊ piscarias suas. facit ibi expensas necessarias ad cōseruatōez ipsarum rerū. quesiuit ep̄s alien. vtrū expense necessarie sint deducende de fructibus illarū rerū antequā decima persoluatur ꝓpter ꝙ in negociatione deducuntur anteq̄ pa. ad hanc questionē respondet ostendit quid iuris sit de illis expēsis que fiunt circa res emptas de pecunia decimata cū negociatōis dicat ꝙ expense q̄ fiunt in rebus illis deduci debent cū res ille vendūtur et de residuo debent decime persolui quasi de lucro sed expense que fiunt p̄ percipiendis fructibus illarū rerū non sunt deducende lz res ipse sint empte de pecunia decimata. quia fructus illi sunt illorū qui faciunt ipsas expensas. salua decima et fructus illi alienari nō possunt sine onere decimarū. Demū respondet ad questionē propositā dicens ꝙ expense que fiūt pro restauratōe molēdinorum siue piscariarū et aliarū rerū non sūt deducende de puentibus decimādis. quia res ille penes dominū remanēt restaurate vt si pars aliqua moriatur armenti vel olibanus destruatur / Nota ꝙ expense que fiunt in negociatōe deducuntur ante solutōem decimarum. / Itē res ꝑ remanet cū onere suo obligata. / Itē non deducūtur expense que fiunt pro fructibus percipiēdis vel rebꝰ restaurādis

¶ Cum contingat. Ca. in quibusdam prochijs quedam ecclē et ecclā

stice psone ab antiquo pceperunt decimas. de nouo fiunt noualia in prochijs illis. queritur ad quē decima istorū nouaļium incipiat pertinere. rñ. pa. q̄ cum pceptio decimarum de iure cōmuni pertineat ad prochiales eccās decime nouaļium que fiūt in prochijs earundē ad ipsas pertinere noscūtur nisi illi qui antiquas decimas percipiunt cām rationabilem ostenderint per quā decime nouaļium ad eos debeant pertinere. Nota q̄ de iure cōmuni decime pertinēt ad prochiales eccās. Itē vna eccā potest prescribere decimas in prochia alterius. Itē qui p̄scribit in vno capitulo. non prescribit i alio.

Cum in ma. Ca. Quedā monasteria et cōuentuales eccē percipiūt decimas maiores ꝛ minutas in alijs prochijs sed de quibusdā fructibus annuatim pceptis sibi nō fuerunt decime persolute. queritur quis debeat percipere decimas illorū fructuū rñ. pa. si fructus p̄dicti proueniunt ex illa terra de qua monasteria vel cōuentuales eccē decimas percipiebant eis decime illorū fructuū debēt dari cū terra illa ab antiquo illis fuerit decimalis quia vna ꝛ eadem res non dz duplici iure cēseri. alioquin ecclesijs parochialibus persoluantur ad quas de iure cōmuni pertinet pceptio decimarū. Nota q̄ vna eccā potest prescribere decimas in alterius prochia quod hodie intelligendū est cū habet titulū. Itē vna ꝛ eadem res diuerso iure cēseri non debz Itē decime de iure cōmuni pertinēt ad prochiales eccās.

Dudum. Ca. inter epz vesprimen. et fratres hospitalis hierosolimitani sancti stephani super quibusdā decimis questio vertebatur partibus propt hoc in presentia dñi pa. cōstitutis datis fuit eis auditor cora quo petijt epūs decimas terrarū que per rusticos hospitalis predicti in vesprimen. dioc. excolunt. petijt insuper quasdam eccās que per ipos hospitalarios detinentur in quibus dicebat intentōem suā de iure cōmuni fundatam. prior vero predictus in predicti sec clesijs et decimis prescriptionez allegās proposuit se super his nō teneri episcopo respondere. auditor hoc audiens significauit illud dño pa. et ipse mandat eidem q̄ idem prior probaret titulū prescriptionis quam allegabat. ipse statī exhibuit priuilegiū regis ac regine vngarie q̄ contulerunt eccāz sancti stephani hospitali donatōis titulo in pp̄etuaz elemosinam ad quā dicte eccē et decime pertinebant. induxit etiā quoddā scriptū cōfirmatōis celestini pa. per quod probare volebat predictam cōcessionē valere. ex parte episcopi fuit propositum q̄ in decimis ꝛ ecclesijs donatis a rege et regina prescriptōez allegare non poterat pars aduersa que non poterat habere initiū a donatōe ipsorum nec a confirmatione celestini tm̄ tempus efluxerat q̄ possit prescriptio cōfirmari et sic talis titulꝰ non valebat imo vt dicūt canones sacri legiū incurrit qui decimas vel eccās de manu recipit laicali. dominus pa. his ōibus consideratis dicit q̄ donatores predicti alijs cōferre non potuerūt q̄ de iure cōmuni non poterāt possidere et per confirmatōem celestini sup eccā sancti stephani et alijs ad ipsum pertinentibus factam hospitali iuri episcopi nō drogatur. et si scriptum autenticū appareret. prohibet ne fratres hospitalis presumāt vlterius impedire quominus predictꝰ episcopus decimas percipiat ante dcās et pacifice possideat in futurū. Nota q̄ eoipso q̄ eccē vel decime sunt in dioc. epi

de iure cōmuni ad eū pertinent Itē titu
lus dz prolari in qualibet prescriptione
canonica. Itē laici in alios transferre
non possunt quod eis possidere nō licet.
Itē si donatio non valet cōfirmatio su
per ea facta non valebit. Itē p hmōi
cōfirmatōez non fit preiudiciū dioc. epi
scopo. Itē si scriptū autenticū non ostē
dam ad transcriptū mihil fieri potest.

¶ In aliquibus. Ca. In quibus
dam regionibus quedā sunt gentes pe
regrine que sm ritus suos decimas nō sol
unt. licet xpiano nomine censeantur. q
dam domini predioꝝ talibus personis
sua predia tradūt excolenda vt inde ma
iores redditus cōsequantur. statuit cōci
lium vt ipsi dñi talibꝫ personis sua pre
dia cōmittant q absqz aliqua cōtradic
tione cū integritate persoluant decimas
ecclesijs quibus debentur. et si necesse
fuerit cōpellantur. in fine dicat q ille de
cime que debentur de iure diuino vel etiā
loci consuetudine approbata necessario
sunt soluende. Nota q res transit cū one
re suo Itē decime de iure diuino debēnt
Itē loci cōsuetudo attēdenda ē in solutio
ne decimarum.

¶ Cum nō sit. Ca. Quidā ante
solutōem decimarū deducebant de fructi
bus decimandis census z tributa z alias
expensas. Cū igitur dñs in signū vni
uersalis dominii quedā speciali titulo si
bi decimas reseruauerit volens cōcliū
et ecclesiarū dispendijs et animarū peri
culis obuiare. statuit q ante exactōem
aliquā tributorū vel censuū precedat so
lutio decimarū vel saltē illi qui census vel
tributa indecimata percipiunt cōpellant
ea decimare. quia res trāsit cū onere suo
Nota q decime dantur in signū vniuer
salis dominij. Itē oēz deductōem dz pre
cedere solutio decimarū predialiū. Itē
res transit cū onere suo.

¶ Super abbates Ca. Abbates
ordims cisterciēn. habentes priuilegiū
de non dandis decimis de laboribus quos
excolunt sumptibus suis vnde grauiter
ledebantur ecclē cū ipsi quotidie multas
acquirerent possessiones de quibus ec
clesijs decime soluebantur. propter qđ
predicti abbates ad cōmonitōem cōcilij
statuerunt ne de cetero frēs ipsius ordi
nis emant possessiones de quibus decē
debeantur ecclesijs nisi forte p monaste
rijs fundandis de nouo. et si tales posses
siones de quibus decime soluebantur eis
fuerint collate aut empte p monasteri
is de nouo fundandis cōmittantur alijs
excolende. nec occasione priuilegiorū su
orum ecclē vlterius aggrauentur. prop
ter quod statuit cōcil. vt de alienis frib
et de his etiā quas de cetero acquirent d
cimas ecclesijs soluant quibus debent.
etiam si propris sumptibus eas exco
lant nisi cū ipsis ecclesijs amicabiliꝫ du
xerint cōponendum. Et hoc quod dictū
est de cisterciēn. extenditur ad oēs alios
qui habent similia priuilegia precipit
cōcilium vt ecclesiarū prelati prompti
existant ad exhibendū predictis priuile
giatis de suis malefactoribus iusticie cō
plementū et eorū priuilegia diligenter
obseruent Nota q si priuilegiū aliquo
rum inopiat vrgere in enorme detrimē
tum aliox derogandū l i toto l i tpe. Itē
cōpositio potest interuenire i decimis.

¶ Interdicimus. Ca. in hoc ca
pitulo prohibetur ne aliqua ecclesiasti
ca persona presumat in pignus accipere
decimas decētras a laicis. que ad alienas
spectant ecclias. Nota q decime detente a
laicis in pignus accipi non debent nisi
ab eo ad quē de iure spectant.

De regularibus ⁊ transeuntibus ad religionem.

Nullus condeatur. Ca. Dicitur in hoc capitulo q̄ nullus debet intrare religionē nisi in legitima etate ⁊ spontanea voluntate. Nota q̄ etas ⁊ voluntas attendenda sunt circa intrantes religionē.

Si quis. Ca. Statuit concilium maguntin. q̄ si aliquis infra legitimos annos religionē intrauerit cū consensu parentū suorum. si parentes infra annū nō reclamauerūt ad pa. l. epm l. eo vicariū post annū ipsum nō poterunt reuocare. Si vero post legittimos annos q̄ vim religionē intrauerit et infra annuz nec ipse nec parentes eius reclamauerūt ad predictas psonas. postea exire non poterit cū presumatur cōsentire. Nota q̄ ab inicio non valuit tractatu vel tractu tpis cōualescat.

Vt clerici. Ca. clerici qui fingunt se monachos cōpellātur vt fiant l. vri monachi vel vri clerici. Nota q̄ fingit se monachū dz fieri monachus. aut habitū dimittere. Jtē habitus nō facit monachum sed pfessio regularis

Vidua. Ca. Si qua vidua sponte velū cōuersionis sibi imposuerit sed in eccā inter alias vlacas obiatōez deo obtulerit velit nolit vterius habitū religionis dz habere quāuis per sacramētum firmare velit eo tenore sibi impositum esse vt ipsum deponere possit. Nota q̄ vidua potest sibi velū imponere. per illd sibi imposuit. et intelligē de velo cōuersionis. Jtē ipso facto presumitur ēs monachus. Jtē ex quo quis assumpsit habitū non audiatur reclamans nec standum iuramento ipsius in preiudiciū voti ex quo apparuit monachus.

Johannes. Ca. Statuit pa. q̄ monachus de monasterio ad monasterium temere non trāseat. nec aliquis monachus peculiū habeat et qui contra fecerit monasterio primo restituatur cōpetenti cohertione adhibita. nota q̄ non licet monacho transire de vno monasterio ad aliud monasteriū nisi sit artioris religionis et tunc cū licentia superioris sui transire dz. Jtē monachus non dēbet habere peculiū et idē de omnibus regularibus intelligendū est item monachus cā leuitatis exiens de monasterio ad monasteriū dz cōpelli redire ad primum et ibi cohercerī.

Quia in insulis Ca. Quia minima erat asperitas religionis in insulis precipitur ne quis ante xviij. annū monachari volens recipiatur. nota q̄ ppt austeritatez vite regula institute a canone mitigatur.

Non est nobis. Ca. Mandat pa. prelatis per galliam cōstitutis q̄ nō permittant recipi per episcopatus suos monachos vel cōuersos alterc. ordinis postquā fecerit ibi professionē. sine licētia abbatū suorū. et si aliquis cōtra hoc fecerit et monitus ad suū monasteriū nō redierit cōpellant ipsū ad monasteriū suum redire. nota q̄ alterciē. monachi ad aliā religionē transire nō possunt q̄ non reperiatur artior. Jtē. monachus suum monasteriū nō potest dēserere sine licentia sui abbatis. item deserentes monasteriuz suū monendi sūt vt redeant ⁊ nisi redierint per suam excōicatōis sunt cōpellendi.

Ad nostram. Ca. Heremite de montefolio quosdam pueros seduxerunt in tantū q̄ quidam suasionibus eorum cōsentientes fratrum religionis ha

bitum in suo monasterio ꝛceperunt vnꝰ eorum t. nomine statim penituit et infra triduū inde exiuit et postmoduꝫ iuranit quandā recipere in vxorē sed ille heremite non permittebant ipsum illaꝫ ducere vt iuraut significatum fuit hoc domino pa. vnde mandat gnati. si cōstiterit ꝙ p̄ factus t. ante xiiij. annū cōpletū habitū susceptum deposuerit. aut si post xiiij. ānum habitum ipsū sine probatione susc̄pit ⁊ infra triduū depōsuerit eū ab impetitione dictoꝝ heremitarū denunciet absolutum. et eā quā iuranit accipiat ī vxorem. si aliud non impediat ‖ Nota ꝙ ante xiiij. annū votū non obligat. ‖ Itē qui illectus habituꝫ susc̄pit p̄sumitur nō vouisse.

¶ Super eo. Ca. Quidam clerici susc̄perunt habitū religionis eo animo vt ad seculū non redirent ⁊ ante factam p̄fessionē ad priorē statū sunt reuersi. quesitū fuit de his clericis. vtrum sic remanere possint rñ. pa. ꝙ si austeritatē religionis ad quā ingrauerunt p̄uare nolueriut ad minorē religionē compellendi sunt transire nec amplius in ecclesijs secularibus debent assumi ne contra votū suū venire p̄sumāt. sed si ante susc̄ptū habitū positi in probatione recedere voluerint ad priorē statum redire non prohibentur. Nota ꝙ qui habitum religionis assumit eo animo vt in religione p̄seueret ad seculū redire non potest. sed ad largiorē ordinē si voluerit transire potest. Itē qui cū probatōis habitum religionis assumit ante p̄fessionē ad seculū redire potest.

¶ Sane. Ca. Quidam canonicus aromatēn. professus ibidē ab ecc̄a aromatēn. aufugit et a quodā abbate i monachū est receptus quesitum fuit an deberet ibi remanere. rñ. pa. ego am̄ān ꝙ si locus ille vbi nunc ē maioris religionis existit ꝙ ecc̄a aromatēn. ipsū in eodē loco cū pura cōscientia remanere p̄mittat. alioquin ad primā redire compellat eundē. ‖ Nota ꝙ de minori religione ad maiorē transire ꝫ et nō econuerso.

¶ Significatū. Ca. Quidā g. nomine infra xiiij annū cōstitutus timore magistri sui habitū religionis assūpsit et inde infra annū exiuit et sic vagabundus discurrit significatū fuit hoc domino pa. vnde mandat epō beluacēn. ātinus si inuenerit ꝙ ille g. nō fuisset oblatus a parētibꝰ ⁊ infra xiiij. ānū a religione recessit ab illo voto quod fecit ipm denunciet absolutū. si vero a parentibus fuit oblatus aut xiiij. annū cōpleuerit quando religionē intrauit siue post xiiij annū p̄fessionem a se factā ratā habuerit. cōpellat eundē ad eandem religiōez vel aliā transire. ‖ Nota ꝙ votum ante xiiij annū non obligat. ‖ Itē votū qđ ab initio nō tenuit per ratihabitōem subsequentē ꝫ.

¶ Cum virū. Ca. Quedā puella infra annos discretōis tradita fuit monasterio a parentibus et habitum religiōis assumens benedictōem accepit quā recipiunt que velātur postmodū de mōasterio exiens cuidam militi se copulauit. queritur vtrū ad mōasteriū redire teneatur. rñ. pa. ꝙ ꝑm toletān concil. paterna deuotō aut propria p̄fessio mōachum facit et qđcunqꝫ istoꝝ allegatum ⁊ approbatū fuerit obligatue erit. et iō ad seculum redire nō potest. nec illa potest vlterius iugū p̄fessiōis reijcere. cū nō contradixerit quando benedictōem accepit. quam benedictōem tm̄ in etate discreta recipiunt que velātur. et quia etiā si cōtradixerit postmodū ratū habuit. postea rñ. tractē questiōi ꝙ possit

fieri per decretū leonis pa. a contrario ff. vbi dicitur puelle que nō coacte parentum imperio sed sponte virginitatis habitum susceperunt habitū nō possūt deserere ergo per cōtrarium sensū datur intelligi q si coacte habitū suscipiunt ipsum deserere possunt. xn. pa. non obstat illud decretum quia illud intelligitur de puella nubili que nō cogitur sequi voluntatem patris et parentū cū habeat liberum arbitrium in vouendo. hic loquitur de illa que adhuc erat infra ānos discretōis que adulta facta pfessionem fecit vel si coacta fuit postea cōsensit. Nota q ex deuotōe et oblatōe parentum obligatur filius ad religionē. Itē professus in etate discreta vlterius ad seculū redire nō potest. Itē votum quod ab inicio nō valuit tractu tpis per ratihabitōem tenet Itē nota q argumentū a contrario sensu validū est dūmodo in eundem casum fiat. sed hic erat diuersus casus.

¶ Porrectū. Ca. Quidā canonicus atherontinus io. nomine votum emisit vt fieret monachus in infirmitate cōstitutus. ipse vero timens ne voto imcōpleto decederet iunctis manibus tradidit se abbati in monachū z in fratrē. q̄ritur an talis sit cōpellendus promissum adimplere. xn pa. q cū monachū nō faciat habitus sed professio regularis. talis cōpellendus est vt fiat monachus z reddat domino quod vouit et quod promisit ex quo votum emisit et abbas ipsū recepit. Nota q sola professio sine habitu monachum facit. Itē qui votū facit vt fiat monachus cōpellendus est reddere domino qđ promisit alias saluari non poterit.

¶ Cū simus Ca. Quidā miles b. nomine secū filio suo infra xiiij. annū cōstituto. ad qđdaz monasteriū cū bonis suis trāstulit z dictū filiū suū fecit habitum suscipere monachalē. sed cū ipsi puero displiceret monastica disciplina ītra modicū tempus a monasterio recessit et bona paterna cepit cū instantia postulare. sed abbas dicebat q nō erat audiēdus cum tpe sue oblatōis extiterit maior. xiiij. annis cōsultus pa. xn. dicens q si dictus puer ad ānos discretōis iam pueruerit et habitū retinere noluerit monachalem nō est ad hoc vllatenus cōpellē dus q; tunc liberū sibi erit habitū ipsuz dimittere et paterna bona que ipsuz exsuccessione cōtingunt poterit postulare Nota q intrans religionē ante xiiij. annum cū venerit ad annos discretōis habitū dimittere potest. et paterna bona postulare.

¶ Sicut tenor. Ca. Quidā sacerdos dū in infirmitate grauissima laboraret. itaq extra se positus desperabat de vita pñti indutus fuit habitu monachali. et ad monasteriū deportatus. tandem cōualuit et habitū dimisit et de abbatis licentia de monasterio recessit dñus pa. cōsultus quid eēt huic sacerdoti faciendum xn. q licet ista duo int̄ se repugnantia viderent. s. vt aliquis sit extra se positus z de presenti vita desperet tamen si eo tēpore quo positus extra mentē asserit indutus fuit habitu monachali cū tūc nec cōsēciat nec dissēciat ipz denūciet absolutū ab obseruātia regulari nisi postq̄ sane mētis factus fuit professionem fecerit spontanea voluntate. Nota q contraria allegans audit. Itē nota q mente alienatus non obligat cū nec consentire valeat nec dissentire. tanq̄ dormiens. Itē quod ab inicio nō valet expost facto cōualescit.

¶ Ad apostolicam. Ca. Regularis institutō prohibet monachū fieri

ante vnius anni probatõem. verũ tamẽ quidam ante cẽpus illud aut etiã statĩ faciunt pfessionem que recipitur ab abbate. queritẽ vtrũ tales monachi sint cẽsendi. rñ. pa. licet tempus probatõis vnius anni a sanctis patribus sit institutũ tã in fauorẽ cõuertendi q̃ monasteriũ. tamen si ante cẽpus probationis ille qui cõuerti desiderat habitũ recipit et professionem faciat abbate per se vel per aliũ habitum concedende et professionẽ recipiẽte viriqz iuri suo renunciare videtur qđ per se nosc̃r introductus. et ideo monachus ẽ censendus quia multa fieri phibentur facta tamẽ tenẽt. in fine prohibet abbatibus ne passim añ cẽpus pbationis quoslibet ad professionẽ recipiãt et si contra fecerint puniant. ‖ Nota q̃ regulare ẽ vt nullus añ vnius anni probatõem in monachũ vel regularẽ canonicũ recipiatur. ‖ Itẽ nota hic rões. quare tẽpus probatõis fuit inuentũ. ‖ Itẽ receptõz professio monachi potest delegari. ‖ Itẽ quilibet renunciare potest iure qđ per se nosc̃r introductũ. ‖ Itẽ multa fieri prohibentur facta tamẽ tenent Hec regula locũ habet in his que nõ habent perpetuã probibitõem. quia nõ cauetur in probibitione quod si factũ fuerit nõ valebit ‖ Itẽ tempus probatõis est institutũ in subsidiũ fragilitatis humane.

Sicut nobis. Ca. Quidã clericus nimia egritudine laborans. quasi de morte securus. et de recuperanda sanitate desperans habitũ canonicorũ regulariũ petijt et accepit sed ad eccl̃iam non transiuit nec bonis suis vti postposuit. videntibus z scientibus episcopo et canonicis eccl̃e nazareth. a quibus habitũ susceperat regulare per multa tpa secularĩter se habuit quesiuit eps vtrũ essz cõpellendus habitum resumere regularem rñ. pa. q̃ si regulare habitũ petijt z accepit z professionem fecit cõpellendus est vt habitum regularem assumat. nec prodest illiq tanto tpe extra canonicam mansit imo in augmẽtum maioris transgressionis ipsius potest merito allegari. nota q̃ monachi cõpellendi sũt habitum depositum reassumere et ad claustrum redire. ‖ Item cõtra votum nõ p̃scribit. Itẽ diuturnitas tpis pcã nõ minuit sed auget.

Licet. Ca. Quidã monachus sine licencia prioris sui transiuit ad ordinem cistercien. prior et fratres molestant eum dicendo q̃ sine eã nõ potuit p̃ primum monasteriũ deserere peruenit hoc ad noticiã domini pa. vnde ipse sup ipõ negotio scribit priori z frĩb9 dunelmẽ. a qb9 p̃dict9 recessit dicẽs. Iz qbusdã regularibus a se. ap. sit cõcessum vt postquam aliquis apud eos professus fuerit ad aliũ locum ipsis inuitis etiã cũ maioris religionis transire non possit. sed hoc eadẽ rõe fuit illis cõcessum ne quis ex temeritate vel leuitate in iniuriã sui ordinis ad aliũ possit ordinẽ se transferre non q̃ ei debeat licencia denegari qui cũ humilitate eaz duxerit postulandaz qui ergo taliẽ a suo prelato licenciaz postulauerit ex lege priuata que legi cõmuni preiudicat absolutus ad arctiorem religionem libere poterit se transferre non obstante indiscreta cõtradictione p̃lati. quia priuilegiũ meretẽ amittẽ qui pmissa sibi abutitẽ ptãte. vnde nouerit vniuersi quibus hoc priuilegiũ eẽ cõcessum se teneri taliẽ postulantibus transeundi licentiã impartiri quia sicut subditus licentiã a suo prelato postulare tenetur sic prelatus sine difficultate teneẽ subdito licentiã indulgere illud tamen

regulariter est obseruandū. vt nullus episcopus sine licentia ro. pon. presūat deserere presulatū. qr sicut maius bonū minori bono preferetur ita cōmunis vtilitas preferē mandat igit pa. predictis fratribus quatinus predictū monachū qui de puro corde et cōscientia bona ad ordinē aspirauit. transiuit vlterius nō molestent. ¶ Nota qp qui lege priuata ducit a lege cōmuni ē exemptus. ¶ Itē pticta licentia a prelato licet nō sit cōcessa potest quis ad artiorē religionē transire q si ab ipsius lege solutus. ¶ Itē priuilegium meretur amittere q permissa sibi abutitur potestate. ¶ Itē sicut subditus tenet prelato ita prelatus tenetur subdito in hoc casu. ¶ Itē episcopus sine licētia pa. non potest episcopatū dimittere Itē maius bonū minori bono preferetur Itē cōmunis vtilitas preferē priuate.

Veniens. Ca. Quedā mulier cōtraxit matrimoniū cū quodā viro in facie ecclē et diutius cohabitauit eidē Tandez orta fuit discordia inter eos. ex eo quir dicebat quēdā amicū ipsius mulieris antequā eā duceret cognouisse. sed de hoc non fuit eccē facta fides. vnde contigit qp vterqz illorū iurauit qp deinceps alterū non requireret. et postmodum ad secunda vota transiuit vterqz viro secūdo de medio sublato. mulier viro priore viuente ad agendā penitentiā quoddam monasteriū intrauit. postulans sibi consiliū salutare impendi. pa. vero cōsiderās qp iuramentū illud illicitū fuit. mandat quibusdā quatinus prefatum virū moneant et cōpellant vt illā quā sup induxit dimittat et vxorē suam recipiat. audituri postmodū si quid fuerit questionis et si cōtra matrimonium nihil fuerit p tantum si vir ad religionē transire voluerit ei licentiam tribuant transeundi. vt et illa mulier in suo possit proposito remanere. ¶ Nota qp iuramentū contra matrimoniū illicitum ē et non seruandū Itē si vir adulteriū cōmittit mulier tñ non potest intrare religionē ipso in seculo remanente.

Consulti. Ca. Aliquis intrauit monasteriū habitū sumendo noui cij. queritur vtrū infra tempus probatōis ante factā professionē licite possit ad seculū redire super hoc diuersi diuersa dixerunt. innocētius tamē distinguit vtrū ille qui cōuertit proposuerit absolute seculū mutare vt in habitu regulari de cetero deo famuletur. vel regulare obseruantiā experiri. vt si sibi displicuerit ad seculū reuertatur. in primo casu saltē ad laxiorez regulā transire tenet vt regulariter viuat. in secundo vero casu potest ad seculū redire vt ergo appareat q fuerit eius intentio ab initio propositus et intentōem suam protestet. hanc intelige secundum illud c. pet. ¶ Nota qp eadē est substantia religionis apud omnes religiosos. sed in qualitatibus differunt. Item nota vtilē distinctōem quam ponit lrā circa conuertendos. Item protestatō in ol cōtractu dz fieri vt sciat cōtrahentiū voluntas.

Postulasti. Ca. Aliqui infra xiij annū assumpserunt habitum nouiciorum postmodū infra annū ante factā professionem ad suas eccās sunt reuersi. querit vtrum debeant tolerari. rñ. pa qp propt hoc non sunt a suis ecclesijs āmouendi. ¶ Nota qp qui habitū nouiciorum assumunt infra annum probatōis pñt redire ad pristinum statū nisi fecerit professionem.

Ex parte. Ca. Quidā sunt q pluribus annis portauerunt habitū monachalem tamē professionē monasticā

non fecerunt cū isti postmodū arguunt
super eo q̄ propriū habent et alias irre
gularit vivunt dicūt se non teneri ad ca
rentiam proprij. nec cōtinentiam cū ha
bitus non faciat monachū sed profess̄io
regularis. significatū fuit hoc dño pa.
mandat ep̄o loci quati. quosliber sibi sb
iectos qui predicto modo terrā duabus
vijs ingredi nitūtur cōpellat per cen. ec.
vt post q̄ per annū gestauerint habituz
monachalē regulā s̄m formā ordinis p
fiteant̄ et seruent. Nota q̄ nemo debet
terrā duabus vijs ingredi. Itē qui per
annū gerit habitū monachalem presu
mitur monachus vnde cōpelli dz vt p̄fi
teatur regulā illius ordinis.

Statuimus. Ca. Statuit
in ca. i fio q̄ nouicij in probatōe positi li
cere possunt ad priorē statū redire infra
annū antequā suscipiant habitū qui da
ri proficentibus cōsueuit vel āte profes
sionem emissam nisi appareat euidenter
q̄ tales voluerit vitā mutare et in reli
gione perpetuo dño deseruire. quia licitū
ē cuilibet renunciare iuri suo. Statuit ī
super ad oēm ambiguitatē tollendā q̄
cū in quibusdā locis religiosis habit9 no
uiciorū nō distinguatur ab habitu pro
fessorum tpe professionis benedicātur
vestes. que proficentibus cōferuntur vt
per hoc habitus professorū discernatur
ab habitu nouiciorū. Nota q̄ nouicij in
probatione positi infra annū libere p̄nt
redire ad seculū nisi euidenter appareat
q̄ voluerit vitā mutare. Itē differen
tia dz eē inter habitum nouiciorum et p
fessorumque in benedictione vestiū con
sideratur.

Ne religiosi. Ca. Cū.
prelati corrigere teneant subditorū ex
cessus ꝛ oues vagabundas reducere ad
ouile ne sanguis eorū de manibus
requiratur statuit pa. greg. vt presidē
tes capitulis celebrandis s̄m statutum
concilij generalis siue abbates aut pri
ores requirant fugitiuos suos et eiectos
de ordine suo sollicite annuatim reducen
do eos ad claustrū ne vagabundi discur
rant in aīarum suarū periculū et si ī mo
nasterijs suis recipi possunt cōpellantur
abbates seu priores eorū vt eos recipiāt
salua ordinis disciplina. Si aūt regula
ris ordo hoc non patit̄ prouideant vt apd
eadem monasteria in locis cōpetentibus
vite necessaria talibus ministrēt̄ si absq̄
graui scandalo fieri potest. alioquin
in alijs domibus eiusdem ordinis prou
deat̄ eisdem si autē isti fugitiui moderā
tes extiterit excōmunicēt̄. et tam diu ab
ecclārum prelati excōmunicati publice
nuncientur donec ad mandatū suorum
prelatorū humilit̄ reuertantur. Nota
q̄ monachi vagabundi reducendi sunt
ad monasteria sua ne damnabiliter eua
gentur.

De cōuersione cōiugatorū.

Preterea. Ca. Quidā lai
cus presentibus sacerdotibus
ꝛ monachis ignorante ep̄o de li
centia et permissione vxoris monasteri
um intrauit et professionē fecit vxore in
seculo remanente. nec transeunte ad re
ligionē aut cōtinentiā vouente queritur
vtrū laicus ille possit absq̄ suo ad tho
rum vxoris de monasterio reuocari an
illa debeat cōpelli ad cōtinentiā obseruā
dam. rñ. pa. q̄ vir potest et dz de monas
terio reuocari. nisi vxor ad religionem
transierit aut castitatē perpetuo suam
promiserit. cū sit illius etatis q̄ sine

suspitōe possit in seculo remanere. ‖ Nota q̄ alter cōiugum nō potest ad religionem transire altero in seculo remanente nisi castitatē seruare promiserit.

¶ Verum post Ca. Dicitur hic q̄ si aliq̄ per cōsensū mutuum de presenti matrimoniū cōtraxerūt anteq̄ sint carnaliter cōiuncti potest alter religionem intrare altero inuito sicut quidam sancti de nupciis vocati fuerunt. et ille qui ē manst in seculo potest matrimoniū cōtrahere cū nondū sint vna caro effecti. Nota q̄ ante carnalem copulā potest alter coniugum altero inuito intrare religionem.

¶ Quidam intrauit. Ca. Quidam intrauit monasterium vxore inuita coactus ē ad eā redire. tandē mortua ē illa. querit vtrū debeat cōpelli ad monasterium reuerti an possit aliā accipere vxorem. cū. pa. q̄ votū non tenuit. vnde rōe voti ad monasteriū nō tenet redire tamen vlterius nō poterit vxorē accipere quia promisit se non exigere debitū carnis qđ fuit in eius ptāte et quantuz ad hoc tenuit votum. sed nō reddere nō erat in ptāte viri sed vxoris. vnde dicit apostolus. vir non habet ptātem sui corporis sed mulier ⁊ econuerso ex hac dc. nota q̄ alt cōiugum altero inuito ad religionem transire non potest. Item votū pro parte tenet et pro parte non tenet. ‖ Item votum meū obligat me ad id qđ i me ē. Item mutuā seruitutē sibi debēt vir et mulier ex quo sunt vna caro effecti.

¶ Cum sis. Ca. Precipit pa. e piscopo exoñ. ne in episcopatu suo pmittat virū vel vxorem ad religionē transire nisi vterq̄z ad religionē ingrauerit. tñ si vxor est senex que sine suspitōe possit in seculo remanere dissimulare poterit vt in seculo remaneat castitate pro missa. et vir poterit ad religionē transire. Nota q̄ alter cōiugū non dz ad religionē transire sine reliquo. ‖ Item si mulier sit senex ⁊ castitatē promiserit. potest vir ad religionē transire. ‖ Item nota hic ar. pro sembus q̄ sint continentes.

¶ Coniugatus. Casus dicitur hic q̄ nullus cōiugatus ad sacros ordines recipiatur nisi prius cōtinentiā voverit et ab vxore fuerit absolutus. Nota q̄ non sufficit viro licentia mulieris vt ad ordines pmoueatur imo exigit q̄ cōtinētiā voueat.

¶ Sane si cōiugati. Ca. Dicit hic q̄ si coniugati ordinari voluerūt voluntas uxoris prius dz requiri et obtineri. vt dicitur in precedenti capitulo. q̄ hibet etiā ne vxoratus possit in epm̄ promoueri nisi vxor sua cōtinentiā profiteatur et intret religionē sactam vestem assumendo. Nota q̄ uxoratus nō debz promoueri sine licencia uxoris. Item nota speciale in vxore epi q̄ dz cōtinentiam profiteri et intrare religionē antequaz uir eius promoueatur in epm̄.

¶ Ex publico. Ca. inter a uir et m. mulierē questio matrimonij vertebatur. que fuit cōmissa episcopo vxoñ. qui pro matrimonio fuiaz promulgauit precipiens mulieri ut ad uirū rediret et ei cōiugalem exhiberet affectum. qđ cū facere nollet fuit excōmunicata sed illa se nirgimē afferens dicebat se velle religionem intrare. significatū fuit hoc dño pa. unde mandat episcopo brixieñ. quatinus. si predictus uir eam carnaliter nō cognouerit et illa ad religionē transire voluerit absoluatur a sniā excōmunicationis recepta prius sufficienti cautōe ab ipsa q̄ debeat ad religionē transire vel ad uirū suum redire infra duos menses

et si ad religionē transierit vterqz restituat alteri quod ab eo recepit in fine rñ. tacte questioni que possz fieri auctoritate euangelij qua dicitur non liceat alicui dimittere uxorem suā excepta cā fornicatōis. illud intelligendū est d̄ his quorū matrimoniū ē carnali copula consumatum. Nota q̄ ante carnalē copulaz potest alter cōiugum religionē intrare altero in seculo remanente Itē cuz dissoluitur matrimoniū iusta de cā vterqz dz alteri restituere quicqd ab eo habuit. Itē priuatur quis iure suo sine culpa sua. Itē p carnalē copulā matrimoniū cōsumatur.

¶ Uxoratus. ¶ Ca. primo dicit q̄ cū uxoratus nō recipiatur ad religionem nisi uxor primo promiserit cōtinentiam et si ē talis q̄ sine suspicione possit in seculo remanere in domo propria cum familia sua stare poterit. Secundo dicit q̄ si est inuenis cōpellatur recedere a cōuersatōe seculariū hominū et intrare religionē. Tertio dicitur q̄ nullus clericz vel monachus tondeat mulierē vel secū teneat. Nota q̄ uxoratus nō potest trāsire ad religionē nisi uxor prius uouerit castitatē. Itē votū publice factū uidet ee solemne. Itē si mulier nō caret suspitione non sufficit uiro eius licentia conuertendi nisi ipsa intret religionē. Item moniales non debent habitare cum monachis.

¶ Ex parte. ¶ Ca. Quidā d. nomine in infirmitate positus uxore sua cōsentiente votū castitatē emittens suscepit habitū monachalē. et postmodū liberatus uxorem suam retinuit et ea defuncta aliam superduxit. querit vtrū cū ea valuit remanere rñ. pa. licet ille d. ad religionē de iure nequiuerit psiscā uxore in seculo remanente ea tamē sublata de medio votū suū violare non potuit vnde mandat quatinus si vtrū est quod asseritur predictus d. cōpellatur per excōmunicatōem ut mulierē suā dimittat et ad suū monasteriū reuertatur de cetero in habitu regulari moraturus. Nota q̄ vir nec intrare religionē nec votum uouere potest sine cōsensu uxoris. Item non sufficit uiro intranti religionem licentia uxoris in seculo remanentis. Itē uouentes cōpellendi sunt per sniām excōmunicatōis votū suum seruare.

¶ Cōsuluit. ¶ Ca. Quidā cōsentiente uxore sua transiuit ad religionem tandem uxor illa mortua est quesitz fuit utrū possit habitū secularem reassumere et aliam ducere in uxorez. vel si ducta sibi liceat retinere. rñdit pa. q̄ predictus uir habitū quem assumpsit abiicere potest nec aliquam sibi in matrimonium copulare et si contraxerit matrimonium ipsum est dirimendum. Nota q̄ sufficit uxoris licentia ad hoc ut votuz uiri teneat ut hic colligit.

¶ Carissimus. ¶ Ca. uxor regis suauiter grauī infirmitate depressa continentiam uouit. uir suus ad tempus uoto continencie cōsensit. ipsa postmodū liberata uiro suo adherere matrimonialiter recusabat. vnde rex queritur a pa. sibi super hoc prouideri et compelli uxorem sibi matrimoniali adherere affectu mandat papa quibusdam quati. si inuenerit uxorē regis p̄dicti grauī infirmitate detentaz continenciam uouisse et uirum suum ad tempus prebuisse consensum. maxime si idem uir nō uouit perpetuam continenciam predictam domnā uiro suo faciant adherere et uterqz ad inuicem matrimoniali affectu tractare. nota q̄ uir et uxor pari consensu possunt continentiam uouere. sed alter sine altero uouere non

potest. ¶Item votum ad tempus emissum nõ obligat vouentẽ.

Placet. Ca. Quedã mulier credens maritũ suum eẽ mortuũ habitũ religionis assumpsit. tandẽ eo reuerso de monasterio educta fuit uiro suo post modum defuncto. queritur vtrũ cõpellenda sit ad monasteriũ redire. rñ. pa. q̃ votum suũ non tenuit ollo. tamen in tũ tenuit quatinus se potuit obligare. intrando enĩ monasteriũ promisit se nõ exactura vltrius debitũ carnis quod erat in eius potestate. redire vero ad seculũ nõ erat in ptãte ipsius sed matri. et ideo q̃ ad se votũ tenuit et post obitũ uiri tenere non desijt cũ ad eũ casum deuenerit in quo efficax potuit habere principiũ. tamen saluti sui melius ꝓuideret si ad monasteriũ rediret. si vero adhoc indusi nõ poterit nõ est cõpellenda. ¶Nota q̃ votũ pro parte tenet & pro parte nõ tenet.

Itẽ iuri suo licitum ẽ cuilibet renũciare sed iuri alterius nemo renunciaꝛ potest.

Itẽ si res venit ad eũ statum a quo inde prius potuit tenet etiam si ab initio non tenuit.

Ad apostolicã. Ca. dicit hic q̃ cum. uir et uxor sint vna caro nõ potest vir ad religionẽ intrare nisi mulier similiter castitatẽ voueat et religionẽ ingredi. nisi forte sine suspitione incõtinentie poterit in seculo remanere. Nota q̃ uir et uxor per carnis cõmixtionem fiũt vna caro Itẽ uir non dz cõuerti nisi uxor cõuertatur. Itẽ no. hic ar. pro senibus q̃ sint cõtinentes.

Ex parte. Ca. Quedã mulier coram duobus abbatibus velũ uiduitatẽ assumpsit cũ celebratõe misse. ac letania sicut moris ẽ. post hec quidã nobilis proponebat se mulierẽ illam mediantibus inter nuncijs per verba de pñti desponsasse. mulier illa cõfitebatur se cõsensisse in illũ. sed q̃ audiuerat illũ le pra percussum nolebat sibi vlterius adhereꝛe. querebat vtrũ hmõi vel suscepto matrimoniũ impediat inter eos. rñ. pa. licet uideatur q̃ ex quo matrimoniũ contractum ẽ int legittimas psonas per verba de presenti cõtrahitur illis viuentibus in nullo casu possit illis uiuentibus dissolui ut altero uiuente alter possit ad secunda vota transire. etiã si vnus fidelium fieret hereticus nisi forte secus fieret ex reuelatõe diuina sicut de quibusdam sanctis legit eẽ factum. tamẽ pa. nõ vult declinare a vestigijs anteceꝛsorum suorũ qui dixerunt q̃ ante cõ matrimonium sit per carnalẽ copulã cõsumatus licitum ẽ alterius iugũ reliquo meõ sulto ad religionẽ transire & alter poterit alĩ copulare et hoc idẽ pa. consulit obseruãdum in casu premisso quãuis cã sit falsa per quã mulier predicta ad vel suscepti onem fuit inducta quia et sine tali qualibet cã mulier propter religionẽ id facere potuisset. vrũtamen ꝛs mulier illa uideatur religionis habitũ assumpsisse ĩ vel suscepte tamen si velit in domo propria permanere quasi seruatura propositum religionis cõpelli dz ad matrimonium cõsumandũ nisi voto solemni se astrixerit ad obseruantiã regulare. in q̃ casu cõpellenda est religionis propositũ adimplere. ¶Nota q̃ matrimoniũ potest contrahi per nũcios et ita possunt per alium cõsentire. ¶Itẽ antequã matrimoniũ carnali sit copula cõsumatũ alt conjugum potest altero muito ad religionẽ transire alias cõpelli debent insimul permanere. ¶Itẽ falsa cã non impedit suscepti onẽ religionis. ¶Itẽ vlnm uiduitatẽ non impedit matrimoniũ cõtractum si religionẽ certã non intrat mulier. ¶Itẽ

votum solemne impedit matrimoniū cōtrahendum et dirimit iā cōtractum.

¶ Constitutus Ca. Quidā acolitus h. uomine quandā puellam duxit in facie ecclē in uxorem et eā carnaliter cognouit. tandē orta ē discordia inter illū z amicos puelle. quare fuit alij copulata et dictus acolitus fuit usq ad sacros ordinatus et tandē habitū assteram assumpsit. dubitauit iste h. an licite posset in suo proposito remanere accessit ad pa. exponens sibi predicta unde mandat dioc. epō quatinus si reperit se hz predictam mulierē cōpellat ut ab illo recedat cui per adulteriū fuit copulata. nec predictum monachū impetat quominus votum suū valeat adimplere. ¶ Nota q si uxor alicuius publice adultere vir licite potest postmodū promoueri ad ordines et intrare religionē. hoc intellige si post adulteriū cōmissum eā nō cognouit.

¶ Veniens. Ca. quidā coniugatus nomine lanaperius proposuit monasterium intrare pñtibus pluribus sacerdotibus instetit apud uxorē suam ut super hoc suū prestaret assensū. asserens q nisi hoc faceret tā sibi q toti mundo redderet se inutilē et sic illa tū precibus ipsius q aliorū z fletibus deuicta caput illius sponte altari supposuit manu sua z ea presente ibidē extitit consoratus. et postmodū finito tpe probatōis fecit professionē illa in seculo remanens inhonestos amatores admisit dictus l. timēs ne factum illius sibi posset imputari. accessit ad pa. exponens sibi predicta. unde mandat pa. epō pictauiēn. ꝛc uidā ablati quati. si est ita predictū l. permittant libere permanere in monasterio qđ intrauit quāuis multū deliquerit qđ ipse malitiose asserit q nisi illa consentiret tanq sibi toti mundo redderet se inutilē et quando rogauit presbiterosne mulieri predicte exponerent q ipsū seculū relinquere oporteret si licentiā daret uiro. tamen ex quo caput uiri altari sponte supposuit et postmodū nō continuit ipsi ulterius reuocare non poterit cū exceptione fornicatōis possit repelli. maxime cum antequ fuerit fornicata ipsū nō repetyt. ¶ Nota q dolus in spūalibus non rescindit cōtractum nisi mulier nō continuet. secus si continuisset ut in ca. sequenti. ¶ Item postq alter coniugū publice fornicetur alter potest religionē intrare altero inuito.

¶ Accedens Ca. Quidā cōiugatus volens assumere habitū monachalem petyt ab uxore sua ut super hoc suū prestaret assensū que propi multa uerba et alia grauamina que inferebat eiē dicens q ipsam dimitteret annuit uolūtati ipsius. et sic uir ille assumpsit habitum asteram. et mulier domū quarundaz monialiū intrauit nullo habitu assumpto. uel voto cōuersionis emisso. tandez uir ille habitū dimisit ad seculū rediit. mulier statim petyt illū sibi restitui. propter hoc ad pa. accedens unde mādat quatinus si ē ita uir cōpellatur eā recipere et ei exhibere cōiugalē affectū. Nō. q licentia fraudulenter exorta nō valet nec uir possit monasteriū intrare.

¶ Significauit Ca. Quidā mulier a. nomine coram decano sancti quiriaci fungent uices archiepi senon. dedit licentiā uiro suo religionē intrandi voto cōtinentie sibi iniuncto et recepta fide ab ipsa q perpetuo cōtinentiā seruaret et sic uir professionē fecit. Decanus vero post factam professionē a viro dicebat q mulier illa debebat religionē intrare sed illud primo sibi non expressit. qđ si expressum fuisset viro licentiam non

dedisset sed ecclesiam ad hoc cõpulerat eã dem. vnde mulier illa hec omnia significauit domino pa. vnde mandat quibusdam quati. si est ita et mulier talis etatis et status de qua suspicio nõ possit haberi nõ permittant illam cõpelli religionẽ intrare votum cõtinentie obseruandi. | Nota q mulier coram iudice ecclesiastico debz dare licentiã viro intrandi religionẽ. Item nota ar. q si mulier dat licentiam viro religionẽ intrandi si inuenisẽ debz cõpelli vt ipsa similiter religionẽ intret. alioquin suffi cit eius licentia cõtinẽtie voto emisso.

¶ Gaudemus. Ca. Alique mulieres cõdemnate sunt de adulterio. propter quod a uiris suis sunt relicte. dicitur q si ad frugem melioris uite cõuerse fuerint si mariti earũ cõmoniti eas recipere noluerũt in monasteriis cũ religiosis mulieribus debent poni. vt perpetuã penitentiã ibi agant. | Nota q quandoqz ppt culpam suã cõpellitur quis intrare religionem vt ibi penitentiã agat.

¶ Dudum. Ca. Inter c. laicuz et i. vxorem suã matrimonij questio vertebat datus fuit his auditor. coram audi tore pretebat dictus c. sibi vxorẽ restitui cũ qua per verba cõtraxerat de presenti carnali copula subsecuta. ad quod fuit ex parte mulieris responsum q ipse pro aie sue remedio spontanea uoluntate p sentibus duobus sacerdotibus et testi bus adhibitis renunciauit oĩ iuri qd habebat in ipsa ẽsignando illud in manib9 alterius sacerdotis promittẽs se castitatem seruaturũ. de vouendo se hospitali de ponte. voto solemni et ipsi dedit licentiam monasteriũ intrandi. et versa vice ipsa dedit ei licentiã simili modo et resignauit oĩ ius quod habebat in ipso prout ista cõtinebantur in publico instrumento. verũ predictus c. proposuit q instrumentũ illud mutatũ fuerat. q cũ casu amissum fuerat illud quod prius fuerat in tertia persona mutatũ fuit in primaz postea et plus in vno q in alio cõtinebatur insuper q quidã deceptorie eũ allexerunt proponentes eidẽ q in hospitali p dicto abbis ad voluntatẽ suam posset uti et q ardorẽ libidinis ibi extinguere posset et sic seductus iratus et illectus non debet sibi obesse quod dicitur in hac parte fecisse. sed ad predicta sic fuit responsum q non nocz an instrumentũ loquatur in prima vel in tertia persona dũmodo veritas non mutetur. Preterea quãuis aliquando dicto c. spes data fuisset tamen eo tpe quo predicta facta fuerũt pure simpliciter et propria voluntate ea nosc̃atur fecisse. vnde cõpelli debz vitã mutare. Dominus pa. super his habito consilio cũ fratribus suis mulierẽ predictã ab impetitõe dicti c. absoluit perpetuũ silentiũ imponendo eidẽ. || Nota q vir et mulier ab omni iure quod alter habet in alterũ se absoluere possunt et religionem intrare quia iuri suo quisqz potest renunciare. | Itẽ per ministrũ aliquid probatur sicut per testes. || Itẽ non refert diuersitas narrandi vbi eadẽ dicũtur veritas non mutatur. || Itẽ dolus in spiritualibus nõ resandit cõtractũ quia nõ fit cõdicio illius per dolũ talẽ deterior. Itẽ licet aliquid calore iracundie factũ sit ab inicio si postmodũ per cõsensũ ratificetur valet.

¶ Mulier que. Ca. Aliquis cõiugatus transiuit ad infidelitatẽ vxore sua remanente in fide propter q illa fuit a uiro iudicio ecclẽ separata. vir reuersus ẽ ad fidem. vir eã requirebat ipsa nolebat redire ad eũ. sed potius volebat religionẽ intrare queritur vtrũ possit ad

religionē transire eo inuito et rñ. qđ po
test sed si nollet religionē intrare dz com
pelli redire ad uirū. Nota qđ uxor potest
a uiro per iudiciū eccē separari si sit infi
delis. itē si uxor propter infidelitatē viri
ab eo separata fuerit viro nolente pōt
ad religionē transire. licet uir sit reuersus
ab infidelitate.

De cōuersione infideliū.

Laudabilem. ‖ Ca. Quidam
sarracēni erant ī captiuitate cri
stianorū ⁊ interfecerunt uiros
quarundā mulierū xpianorum insidiis
et machinatōibus ipsarū postea ipsi sa
racēni per mulieres illas ad fidē cristia
nam sunt cōuersi. queritur utrū de iure
illas possint accipere in uxores et si eas
duxerūt an tale cōiugiū teneat. rñ. pa. qđ
ista questio determinatur per concilium tri
burien. in quo dicitur qđ si in mortē ipso
rum malitiose fuerit machinate quāuis
eorū studio ad fidē conuersi fuerint con
trahere nō debent. et si cōtraxerūt nō sūt
tollerādi. qz tale damnū cū tali lucro cō
pensari non debet.

Ad hec. ‖ Ca. Quidā sarracē
ni interfecerunt quosdā cristianos in bel
lo. et quidam cristiani quosdā sarracēos
similiter interfecerūt in bello. postea uero
sarracēni ad fidē cōuersi sunt et cōtraxe
runt matrimoniū cū uxoribus illorum
quos in bello interfecerūt. et xpiani cuz
mulieribus cōuersis ad fidem illorū qs
in bello interfecerunt. mulieres iste post
quā intelligunt ueritatē de morte prioz
virorū diuortium petunt. queritur quid iu
ris sit. rñ. pa. qđ cū tales nō procurauer
int mortē virorz matrimoniū inē hmōi
personas licite potest contrahi. nec dñt a
liquatinus separari. cū hic cū illa nō ſb
est propter quā debeant separari. Nota
qđ mulier non pōt cōtrahere cū illo q̄ vi
rum suū interfecit. si mortem eius fuerit
machinata. Itē cōpensatio nō hz locū
in delictis. Itē qđ p me nō stetit mihi ī
putari non dz.

Ex litis. Ca. Quidā iudeus
cōuersus ad fidē uxore sua in iudaismo
relicta petebat in iudicio ut eorū filius
quadriennis assignaretur eidē per ipsuz
ad fidē quā susceperat perducēdus. Mu
lier respondebat qđ cū puer īfans existe
ret magis īdigeret materno solatio q̄ pa
terno qui sibi ante partū fuerat honero
sus. doloroſus in partu. et post partū la
borioſus unde potius cōiunctio viri ⁊ mu
lieris dicis matrimoniū qđ patrimoniuz
et ideo apud ipsam debebat potius rema
nere. quesitū fuit a pa. quid iuris esset. cū
filius in potestate patris cōſistat cuius
familiā sequitur et nō matris. et in tali
etate apud suspectas personas aliquis ē
manere non debeat que vite ipsius insi
dientur. et pueri post triennū apud pa
trem nō suspectum ali debeant ⁊ morari
et si apud matrē maneret posset illū tra
here ad infidelitate errorē ⁊ ideo propter
fauorem fidei rñ. pa. puerū illū patri as
signandū. Nota qđ filius conditōem pa
tris vel matris conuersi ad fidē sequi de
bet. Itē nota diffinitōem matrimonij.
matrimoniū ē legittima cōiunctio ma
ris et femine indiuiduā vite cōsuetudinē
retinens. Itē filius est in potestate pa
tris et nō matris. Itē filij apud suspe
ctas personas morari non debent. Itē
filij post triennū a patre sunt alendi.
Itē fauor fidei attendendus est.

De voto et voti redemptione.

De peregrinatõis. ¶ Ca. Aliquis fecit votũ peregrinatõis. queritur vtrũ tale votũ possit redimi elemosinis· vel cõmutari in aliud necessitate istante. rñ. pa' q̃ de arbitrio superioris pendet vt ipse cõsideret diligenter q̃litatem vouentis et cãm cõmutatõis .s. an ex infirmitate vel affluentia diuitiarum. aut alia probabili cã vt .s. peregrinatio vel cõmutatio magis sit deo accepta et ꝑm hoc super hoc dispenset. Nota q̃ circa votũ peregrinatõis potest episcopus dispensare. Itẽ in cõmutatione voti qualitas vouentis et cã cõmutatõis cõsiderari debent· Itẽ in votis cõmutandis considerari debet quid deo magis placeat.

Veniens. Ca. R. clericus dũ esset in puerili etate cõstitutus et doli capax disposuit proficisci hierosolimam et cuidam qui illuc accedere volebat fidẽ dedit et suã ab eo accepit q̃ in via fideles socij existerent. tandem factus discretus et adultus accessit ad pa. petens eius cõsilium pa. illũ absoluit a voto quod in etate puerili fecerat ex facilitate potius q̃ arbitrio discretõis· ita tamẽ q̃ votum redimat elemosinis et toto tpe vite sue si poterit vni pauperi debeat prouidere. Nota q̃ votum redim potest elemosinis iusta de cã.

Trãsturam. ¶ Ca. magister a. fecit sibi minui in brachio. brachiũ eius intumuit ex illa minutõe ita q̃ perterritus fuit ad mortẽ. dum eẽt in tali statu protulit hec verba nõ diu hic morabor. proponens in animo religionẽ intrare. dubitauit an ex tali facto teneretur religionem intrare· rñ. ei pa. q̃ si plus nõ est in voto processum non dz dici transgressor si non adimpleat quod dixit· Nota q̃ per simplicia verba non obligat quis nisi habeat animũ adimplendi votum. Itẽ nota hic ar. q̃ ex nuda promissione nõ oritur obligatio.

Scripture. ¶ Ca. Aliquis voluit visitare sepulcrũ dominicũ. et mutã do propositũ efficitur monachus. queritur an sit reus voti fracti. et rñ. q̃ non· Nota q̃ non frangit votũ qui illud in melius cõmutat. Itẽ magis seruire videtur qui temporale seruicium in perpetuum cõmutat.

¶ Iacoxe. // Ca. Quidã presbiteri accedentes ad pa. intimauerũt ei qd tã ipsi qd multi alij postqd interdicti et excõicati fuerũt diuina officia celebrare in vñ mãdato pa. archiepõ tollerãt. qd si xl. solũmodo vel pauciores in hoc deliquerũt oẽs in perpetuũ ab officio sacerdotali deponat. Si vero multitudinẽ magnã in hoc peccasse cõstiterit illos deponat q cãm delicti dederũt alios q nõ tm deliquerunt ab officio suspendat ad tẽpus z oĩbus pm p sibi visũ fuerit pniãm iniungat. Nota vltra xl. multitudinẽ appellari. Itẽ q excõmunicati vel interdicti celebrãt sũt deponendi. Itẽ vbi minor ẽ culpa maior dz exerceri vindicta. Itẽ multitudini parcendũ ẽ. vnde versus Ob ppl'm multũ crimen ptransit multũ. Itẽ penitentia ẽ arbitraria.

¶ Illud dñs // Ca. eps Bildensemeñ. nõ petita nec obtenta licẽtia dñi pa. eccã Bildesemeñ. relicta herbipolen eccãz auctoritate propria occupauit propt qd pa. mãdauit eĩ magdeburgeñ vt cũ factũ illud notoriũ eet in partibus illis nisi infra xx. dies ab administratione herbipolen eccẽ cessaret ipsũ excõicatũ publice nunciaret q idẽ episcopus nõ distulit adimplere ipse vero nihilominus diuina postmodũ officia celebrauit et fecit sibi ab alijs celebrari et se ingessit celebrationi diuinorũ ipse vero postmodũ in presentia dñi pa. cõstitutus suã recognoscẽs errorẽ miãm et nõ iudiciũ postulauit tm in suã excusatõem proposuit q cũ magdeburgeñ. episcopus nõ eẽt ordinarius iudex eius nõ credebat q monitione non premissa auctoritate delegata possit procedere contra ipsũ vñ. cũ ante factũ nec post iras ab eo monitorias accepisset. peccare non credebat si diuina officia celebraret meipsum cũ sibi nõ cõstaret nisi per famam de fmã cõtra eũ lata dñs pa. hisaudiuis scribit ca. herbipolen. dicẽs q licet in hoc nõ videatur oĩo culpabilis extitisse qm tamẽ in dubijs via tutior ẽ eligẽda quãuis dubitaret de fmã contra ipsũ lata debuit potius abstinere q sacramẽta ecclesiastica pertractare. Illud vero qd allegabat q sub spẽ remie postqd nouerat se excõicatum a pa. sibi fecit diuina officia celebrari z aliorũ cõmunioni se ingessit ipsũ nõ excusat sed potius cõtra eum facit cũ sub spe nullus debeat deliquere et grauius ẽ excõicato nõ vitare alios q ab alijs non vitari. qm excõicatus potest vitare alios sed nõ potest ab alijs euitari pa. tamẽ facit ei gr̃ã qm nõ iponit ei pnam quã canon illis iponit qui post excõicatõem presumunt celebrare diuina z celebrationi se ingerũt diuinorũ. Nota q episcopus sine licẽtia pa. eccãm dimittere non potest // Itẽ q dubitat de fmã contra eũ lata cũ per famã hoc intelligit potius abstineat q celebret vel celebret qm illõ est tutius. // Itẽ sub spe pnẽ nullus precare potest vel dz qm posset cõtingere q tẽpus non haberet etiã ad cõficendũ. // Itẽ sicut excõicatos vitare debemus sic excõicati non excõicatos vitare debent alias precant // Itẽ post excõicatõem nullus dz celebrare vel celebrãtioni se ingerere diuinorũ alias dz deponi.

¶ Fraternitatis tue. // Ca. archiepiscopus bisuntinus excõicauit quosdã presbiteros z clericos pro suis excessibz q nihilominus excõicati celebrarũt diuina. que fuit archiepiscopus a pa. vtrũz possit eos a suis beneficijs spoliare. rñ. pa. q si canonice sũt excõicatõis fmã inodati et postea presumpserũt celebrare diuina potenit eos oĩbus beneficijs ecclesiasticis spoliare. // Nota qualiẽ puniunt

q̄ celebrant excōicati q; oībus beneficijs ecclesiasticis spoliantur.

¶ Postulastis Ca. Quidā clerici erant excōicati tpe sue excōicatōis ecclesiastica beneficia sūt adepti. quer̄itur vtrū ea possint retinere. rn̄. pa. q̄ cū excōicatis cōicari non debeat. excōicatis clericis beneficia cōferri nō possunt. nec possunt illa retinere nisi cū eis fuerit dispensatū cū ipsa canonice nō fuerint cōsecuti et illi q̄ scienter talibus illa beneficia cōtulerunt tā diu debent a collatione beneficiorū̄ suspendi donec sup hoc veniā consequi meruerāt vt in eo puniātur in quo delinquere p̄sumpserunt. Secūdo ponit alia questio. Clerici quidā et monachi ⁊ moniales celebrauerūt in locis suppositis interdicto tpe ipsius interdicti et adhuc celebrare diuina nō cessant propter q̄d etiā sūt excōicatōis sniā innodati. quer̄it qualiter isti sūt puniendi rn̄. pa. q̄ clerici q̄ talia p̄sumpserunt sūt ecclesiasticis beneficijs spoliandi. monachi et moniales in artioribus monasterijs sūt adagendā pmām detrudendi. Nota q̄ excōicatis beneficia cōferri nō possunt et si cōferantur nō possunt ea retinere nisi cum eis dispēsetur. Itē cōferentes excōicatis beneficia puniūtur in collationibus beneficiorū̄ vnde puniūtur in q̄ peccauerūt Itē in locis interdictis nō ē celebranduz aliter facientes puniūtur vt hic dicitur. q; clerici beneficijs suis sūt spoliādi. monachi ⁊ moniales in artioribus monasterijs sūt detrudendi.

¶ Proposuit. Ca. Ep̄s tusculanus erat legatus in partibus lemonicē. quidā de lemoni. supplicarunt legato pro se ⁊ magistro p. ut eisdē in lemonicēn. ecclesia prouideret et eos faceret recipi in canonicos ⁊ in fratres precipue cū qui q; vel quatuor prebende ab vltima ordinatione ipsius eccē vacarent ibidē. legatus ātactem lemonicēn. ingressus canonicos monuit diligēter vt illos in fratres reciperent et in fratres ad predictas prebendas vacantes q̄ cū post petitas indutias facere nō curassent legatus de predictis prebendis inuestiuit eosdē postmodū vero penitētiarius lemonicēn. contra predictū magistrū p. lr̄as impetrauit ad q̄sdam iudices delegatos coram q̄bus petijt institutōem factā de ipso cassari et ipsū r̄ moueri ab eccā lemonicēn p eo q̄ tpe sue institutionis erat excōicatus per ep̄m lemonicēn. pluribus ānis an̄ suā inuestituram super hoc testes ab vtraq; parte producti fuerūt. iudices cām instructā remiserunt ad ap. se. partib9 in presentia pa. cōstitutis ex parte predicti magistri quedam ꝓposita fuerunt pa. vero auditis q̄ partes proponere voluerūt acta iudicū fecit inspici diligēter et inuenit eē probatū per testes penitētiarij q̄ ep̄s lemonicēn. predictū magistr̄ p. et quosdā alios excōicauerat pluribus ānis ante inuestituram dicti magistri p. p testes vero magistri p. probatur q̄ episcopus predictū magistrū et alios clericos ⁊ etiā laicos per tres ānos absoluit anteq̄ dictus magister fuerat inuestitus et q̄ episcopus dicto magistro cōicauit postea in eccā et in mensa Sed quia penitētiarius nō ꝓbauit dictū magistrū tpe inuestiture sue excōicatū extitisse ab episcopo suo sicut obtulerat se probaturū cū ex parte ipsius magistri fuerit facta fides de absolutione et cōmunione episcopi dīs pa. q̄ de predicto magistro per legatū predictuz factum ē per diffinitiuā sniām approbauit. Nota q̄ q̄ fuit publice excōicatus adhuc presumitur excōicatus nisi ꝓbet absolutus. Vnde nota q̄ q̄ absoluitur litteras sue absolutiōis obtineat ad cautē

lam futurorū vt hic pateat. Item dū quis ē excōicatus nullū beneficiū ecclesiasti cū obtinere potest. Item cui eps cōicat pre sumptiōnō excōicatus tū resumptio talis nō sufficit nec propterea ē absolutus.

Apostolice sedis. Ca. duo ca nonica pragen ecclē pecē pragen ordina tione accesserūt ad ap.se.obiectū fuit e is q erant suspensi vt sic repellerētur ipsi voletant probare sniās illas nullas cē et eis ignorantibus latas fuisse pa.rela xauit illas sniās ad cautelā ne ordinatō ecclē differretur. Sed q; tpe suspēsionis ignati celebrauerunt diuina eos ptabi lis excusat ignorantia. Si vero crassa supina ā erronea ignorātia fuerit propt qđ indigeant dispēsatione pa.dispēsauit cū eis. Nota q; si suspēsus ignorāter di uina celebrat nō incurrit irregularitatē nisi ignorantia crassa fuerit et supina.

Si celebrat. Ca.aliqs parti cipauit excōicato in locutione vel oratiōe et sic incidit in minorē excōicatōem cōsu euit dubitari de tali vtrū si celebraret tē pore talis excōicatōis eēt irregularis rn pa. q; licet grauiter peccet celebrando nō tamē est irregularis et eligere potest et alia q; iurisdictiones existunt exercere ta men si talis scienter electus fuerit talis e lectioē reprobanda pro eo q; eligitur ad susceptōem eorū a quorū perceptione p uatus ē per sanctos patres. Peccat autē cōferendo. Dixit s. q; talis excōicatus pec cat celebrando. vnde poterat forte aliqs dubitare vtrū sacramenta ab eo collata habeant effectū dicit pa. q; sacramenta illa nō careant effectu licet ille peccet cō ferendo et redditur rō cū ille nō videatur remotus a collatione sacramentorū sed a participatione q; cōsistit in sola perceptione. et hec verba sūt dummodo nō inge rat se pertinaciter cōmunioni excōicatoꝝ in cōtemptū ecclē contra phibitōem sui su periorīs q; si post admonitōes legitimā fecerit dz excōicari et sic postea celebran do sacramenta ab eo collata virtutis ca rebunt effectu ⁊ priuatus erit ⁊ electio ne et iurisdictione. Nota q; ligatus mi nori excōicatione irregularitatē nō incur rit et potest eligere ⁊ alia facere q; sibi cō petunt rōe iurisdictionis eligi tamē non potest.

De clerico nō ordinato ministrāte.

Si quis. Ca. Statuit hortus da pa.q; si aliqs nō ordinatus ita presumtuosus fuerit vt vlla ne cessitate instante tanq; eēt ordinat9 bap tisauerit aut aliqđ diuinū officiū exerce rit propter suā presumptionē abstineat ab ecclā et nunquā ordinetur. Nota q; in necessitate qlibet baptisare potest Item nota hic penā nō ordinati ministrātis.

Exlās. Ca. Quidā diacon9 ioānes noīe antequ eēt in presbiterū ordi natus missarū solēnia vsurpare presum psit. queritur qđ iuris sit de illo rn pa. q; ad officiū sacerdotis nō posset promoueri. ꝑ a diaconatu biennio vel triēnio ꝑm q; di ocesano visū fuerit suspensus maneat de beneficio potest cū eo misericorditer agi ne sustētatione priuatus ad seculi nego cia m cleri obprobriū reuertatur. vt cuz eo securius dispensetur sibi cōdigna peni tentia iponatur salubrius tamē faceret si ad vitā regularē se transferret. Nota hic penā illorū q; celebrāt nō ordinati pu niūtur enī in eo in q; peccauerūt. Item pe ne sūt arbitrarie.

De clerico per saltū promoto.

Quelīt. Ca. Quidā subdi aconus p. noīe diaconatus ordi ne pretermisso se fecit in presbi

terū ordinari postmodū cōfessus fuit se certo episcopo suo se nescire si rectaliter se haberet. sed exquo boni viri hoc asserebant inter quos fuerat cōuersatus credebat assertioni eorū cū tunc tpis qñ infectiores ordines susceperat cōstitutus essz infra ānos discretionis. quesiuit epūs a pa. qđ eēt de eo agendū. vñ mandat pa. ei quatinus cōdignā pniām p hōc negligentia ei īponat qua pacta ipsū in diaconū ordinare procuret. qi nō intelligit iteratū quod nescitur eē factū et ita ō misericordia pmittat eū ministrare in ordine sacerdotis. Nota qp nō dz qs ministrare in maiori ordine nisi habeat infectiores Itē nō dicitur iteratū qđ nesciat eē factū.

De eo q furtiue ordines susceperit.

Veniens. Ca. clericus quidā p. noīe accessit ad pa. exponens eidē se furtiue diaconatus ordinē suscepisse. vnde mandat pa. epō dicat. qp si non fuit ab ipso vel ab aliq archidiaconorū suorū vel prelatorū sub interminatione anathematis prohibitus cōdigna penitētia sibi imposita promoueat ipsū ad officiū sacerdotis dispēsatiue pro arbitrio suo nisi alia īpediant. Si vero excōmunicatio sup hoc facta fuit ipsū moneat vt in aliq monasterio seu canonica habitū suscipiat regularē. et postquā fuerit ibi aliquo tpe laudabiliter cōuersatus poterit cū illo misericorditer prouidere. alioquin nulla rōe pa. permittit eū ad sacerdotiū promoueri. Nota qp archidiaconi et alij prelati pūt excōicare. Itē dz eo q post excōicatōem furtiue ordinatur non potest epūs dispensare. alias pōt. qi excōicatus diuinū presumit officiū exercere. Itē ar. qp ingressus religionis nō tollit irregularitatē.

Cū ℔. latore. Ca. quidā ℔. nomine accessit ad epm tpe ordinationis et iuxta cōsuetudinē patrie cōtulit ei quatuor minores ordines quibus nō cōtentus furtiue preter cōscientiā epi ordinē sub diaconatus accepit postmodū vidēs qp male fecerat ad pa. accessit rē sibi exponens quia ipse multū excessit. mandat pa. dio. epo vt cū in minoribus ordinibus ministrare permittat si vero donū religionis intrare voluerit si alias dignus fuerit abbas suus si voluerit in alys ordinibus cū eo poterit dispensare. Nota qp oēs minores ordines vna die possūt cōferri. Itē eodē die non dz qs accipere minores ordines cū ordine sacro. Itē fauore religiōis fit qđ alias nō fieret. Itē cū tali si religionē intrauerit potest abbas dispensare.

Innotuit nobis. Ca. Ruidaz clericus g. nomine et duo alij cū litteris epi sui. accesserūt ad episcopū seguntiñ vt ordines reciperēt ab eodē episcopus dū accederet ad ordinatōem excōicauit q cūqz se ad duos sacros ordines ingerere predicti clerici nihilominus subdiaconatus et diaconatus ordines susceperunt furtiue. queritur quid iuris sit de illis rūdum. pa. quilli de rigore non debent īsuscepti ordinibus ministrare sed si ad religionē voluerūt se transferre pacta penitētia si laudabiliter ibi fuerint cōuersati dioc̄sanus illorū de licētia pa. cū eis poterit dispensare vt in susceptis ordinibus ministrēt. Nota qp nullus duos sacros ordines eodē die recipere dz. Itē fauore religionis facilius cū aliq dispēsatur. Itē post excōicatōem latā ne a liq̄s recipiat simul duos sacros ordines eodem die hos susceperit episcopus cū illo dispensare non potest tanquā cū eo q excōmunicatus diuina presūpsit celebrare Itē ar. qp ingressus religionis non tollit irregularitatem.

De excessibus plator̃ ⁊ subditor̃.

Peruenit Ca. episcopi presbiteros ⁊ alios clericos quasi filios ⁊ fratres frena dñe caritatis tractare sed ipsi cõtrariũ faciebant et nisi ad voluntatẽ suã eiecit pecuniã solu erent dimiñ officiũ interdicebãt eisdẽ vnde mandat pa. ep̃scopis quatinus in eos tallias ⁊ exactiones indebitas exercere nõ presumant nec de cetero illos grauent indebite ⁊ tractent inhoneste et sine cõsensu capituli sui ipsos suspẽdere vel eo rum eccl̃as interdicere non presumãt. neqz duas eccl̃as quarũ vna sufficiat eos habere permittant. nec aliquos excõi cent sine ordine iudiciario Statuit ep̃ si contra fecerint pa eos taliter puniet ep timore pene sue alij a similibus abstinebunt. Nota ep̃ episcopi subditos aggrauare non indebite dñt. Itẽ sine cõsilio capituli non dñt suspendere clericos vel eccl̃as interdicere nec excõicare sine ordine iudiciario. Et sic nota ep ordo iudiciarius seruari dz in sniã excõicationis siue suspensionis. Itẽ pena iniusta dz alijs timorẽ inferre.

Ad hec. Ca. Quidã episcop9 suffraganeus cantuarien archiepiscopi plures eccl̃as cõstituit immunes a cõsuetudine et obsequio archidiaconorũ propt quod redditus eorũ diminuit. peruenit h ad pa. vñ mãdat archiepiscopo predicto quatinus prefatũ ep̃scopũ super hoc corrigat et emendet ita prouideat ep archidiaconis sua iura seruentur illesa in eorũ ecclesijs ⁊ presbiteri illis debitã exhibeant reuerentiã et honorẽ. Nota ep episcopi iura archidiaconorũ et etiã aliorũ prelatorũ diminuere non pñt nec eorũ iurisdictionẽ eis auferre.

Ad aures. Ca. quidã archidiacon exoneñ episcopi in ecclesijs que in suis archidiaconatibus vacabant se auctoritate propria intrudere non verit et eas suis vsibus deputabant cũ personas deberent instituere in eisdẽ. peruenit hoc ad pa. vnde mandat episcopo exoñ. quatinus illos ꝙ tali modo eccl̃as occupãt vel detinent occupatas ecclesiastica censura cõpellat vt eas dimittant et eas ordinet de personis idoneis. prefatos vero archidiaconos pro tãta presumptione puniat aladuersatione cõdigna. Nota ep non dz aliqs sibi retinere qđ alij necesse habet dare. Itẽ nemo dz in seipsũ ignorare ad id qđ alij debetur.

Clerici. Ca. Quia clerici et laici laborant illo vicio sodomitarũ propter qđ ira dei venit in filios diffidentie et v.dicitates igne cõsumpsit. Statuit lat. concilij vt quicqz illo vicio deprehensi fuerint deijciantur a clero vel ad agendam pniãm in monasterijs detrudãtur. si laici fuerit excõicẽtur et a cetu fidelium excludantur. Nota ep clerici laborãtes sui cio sodomitico a clero ejiciendi vel in monasterijs detrudi. Itẽ laici laborãtes eodem vicio excõicati debent et a cõsortio fidelium excludi.

Sane si episcopi. Ca. Statuitur in capitulo isto ep episcopi aliqđ ab abbatibus preter debitã obedientiã contra libertatẽ huic ordini cõcessam nõ exigant. Si aũt amplius exigerũt liberum sit abbatibus huius ordinis auctoritate apostolica denegare qđ petitur. Nota ep abbates dñt episcopis obedientiã. Item non lz episcopis aliquid petere contra libertatẽ a dño pa. alicui cõcessam alioqn licite denegatur quod peticut

Illud etiã. Ca. aliqñ sunt constituti vicarij in ecclesijs auctoritate episcoporũ q obligati sũt psonis ecclesiar

fide et sacramento. vicarij isti se in superbia erigentes falso assumebant sibi nomen personatus cōtra fidem et iuramentū. Statuit alex. pa. q si super hoc in iure cōfessi fuerint vel cōuicti de cetero in eode ēpatu ad executōem sui officij nullatenus admittātur. Nota q cōfessus in iure p conuicto habetur. Itē cōfessio in iure et cōuictio equiparātur Itē q cōtra fidē et iuramentū venit tāq falsarius z p iurus dz exulli de toto episcopatu.

¶ Cū ad quorundā Ca. Statutū fuit in lateran. cōcilio q prelati eccārum cū visitant eccās suas certū numerum equorū et personarū debent habere. sed quidā prelati hoc nō seruabant. vnde quidā prelati quarundā eccārum petierunt a dño pa. sibi sup hoc prouideri vnde pa. auctoritate apostolica indulget istis vt si eccārum prelati numerū euectionis et personarū in lateran. cōcilio cōstitutū excesserint cū eorū eccās visitauerint liceat eis auctoritate apostolica denegare si procuratōem p pluribus postulauerint et prelati propter hoc in eccās illorū clericorū vel clericos aliquā sniām promulgauerint pa. decreuit ipsam nō valere. Nota q sniā lata cōtra priuilegiū vel indulgentiā pa. ab aliquo iferiori nō tenet. vnde videtur per hanc lām q ħ omnibus sit cōcessum.

¶ Sicut venire. Ca. Prior grādēn. monasteriū suū qd ē in dioc. faustini episcopi subiecit siue vniuit monasterio suū monasterio de acerato sine assensu diocesani epi predicti. de cuius auctoritate id fieri debuisset. assensu tamē archiepiscopi intercedente. epūs significauit hoc dño pa. petens vt sibi liceat reuocare q eo inconsulto factū fuit rōn. ei pa. vt liceat ei reuocare qd ille prior grandēn. fecit eo inconsulto non obstante assensu vel cōfirmatione archiepiscopi quā interpo suisse apponitur. quia archiepūs in dioc. sui suffraganei sine ipsius assensu nihil disponere pōt cōtra canonicas sanctiones et pa. id decreuit irritād. Et q epūs id in irritū reuocare possit primo illud ostēdit sicut enī ad pa. pertinet vnire ēpatus z a liene potestati subiicere ita ad episcopū pertinet vnio et subiectio eccārum sue dyoc. // Nota q vnio episcopatuū ad solū papā pertinet. // Itē ordinatio eccārum vnio et subiectio earū ad episcopū pertinet in sua dioc. // Itē oia monasteria nisi sint exempta spectant ad episcopū loci. // Itē archiepiscopus in dioc suffraganei sui nihil habet disponere sine assensu ipsius // Itē ar. q archiepūs non ē iudex ordinarius totius prouincie sue.

¶ Quā sit grauis. Ca. qdā dia conus p noīe publice cōfitebatur se carnaliter cognouisse uxorē cuiusdā sui cōuicini siue prochiani propter qd ille vir uxorē suam remisit ad propria. Significatū fuit hoc dño pa. vñ mandat cuidam archiepiscopo quatenus si cōstiterit de p̄miss̄is prefatū clericū ab officio z beneficio suspendat et virū illū cōpellat vt uxorē suā recipiat z maritali affectu pertractet eandē. Nota q cōfessio īscādalum alterius extra ius facta clerico preiudicat. Itē nemo de iprobitate sua debet cōmodum habere.

¶ Ex lās. Ca. Quidā visitatores in lombardia accesserūt ad eccās albiganen. ut in ea visitatōis officiū exercerēt episcopus albiganen. inter cetera que proposita fuerant. cōtra ip̄m confessus fuit q cū qdam in villa qdam q ad eo iurisdictiōem spectabat infamaret de furto. et ipse fur illud negaret obtulit purgatōem ferri candentis et si deficeret suspenderetur episcop9 quesiuit a iudice

deputato ab ipso ad maleficia puniendā
qđ sibi super hoc videtur inde rñ. vt fie
ret sicut fur dixerat. candē ferrū candē
in ipius presentia ē allatū qđ cū fur ille
accepisset. cōbustus ē. inder pauefactus
cōsuluit ep̄m qđ sibi sup hoc eēt agendū
et ipse rñ. q̄ si fur euaderet maluz eēt
et sic episcopo et inder villā illā exeūtes
in eorū presentia ille fuit ē suspensus ta
men episcopus ipse dicebat in eius excu
satōem se talibus verbis vsum fuisse au
ditis quantus ē clamor populi oēs dicūt
malū ē si sic euaserit īpunitꝰ his auditis
et redactis inscriptis inq̄sitores ipsū episcopū cū litteris suis cōfessionē predictaz
cōtinentibus remiserūt ad pa. sed ipse ni
hil sup his proposuit corā pa. nec lr̄as in
quisitorū ostendit ipse tamē dicebat lr̄as
illas pa. p̄sentasse imo statim cū alter
de predictis inquisitoribus ad ap. se. ac
cessit q̄ rez prorsus dño pa. exposuit idē
episcopus de tanta recessit et perquisitus
non potuit inueniri dñs pa. his auditis
per dictū inquisitorē et per lr̄as inquisito
r. qz idē episcopus nō solū in iudicio fer
ri cādentis verū etiā in suspendio multum
excessit cū his nō tantū auctoritatē pre
stitit sed etiā p̄sentiā suā exhibuit cor
porale. ipsū reputauit indignū ministe
rio altaris et q̄ pontificale officiū sine
ministerio altaris exercere non pōt mā
dat dictis inquisitoribus quatinus mone
ant eundē vt episcopatui cedat. alioquin
ipsū remoueant ab eccl̄a albiganen. et ei
dem eccl̄e faciant de persona idonea prouideri. Nota hic ar. q̄ sufficit absentē requiri licet peremptorū ad eius noticiā non
peruenerit. Item clerici vel episcopi iudicium ferri cadentis iudicare nec recipere
tale purgatōez nō dēt. Item nec interesse
debent nec auctoritatē prestare debent spe
cialiter vt pena corporalis infligatur qđ
si fecerint ē pena expressa in prelatis.
Item officiū episcopale sine altaris minis
terio exerceri non potest. et sic ē argumē
tum q̄ non pōt episcopus nisi primo fu
erit sacerdos Item in locū episcopi depositi
vel irregularis facti ex culpa sua alius
substituī dz.

Inter dilectos. Ca. Vacante
succentoria pictauen̄. Cantor ipsius
eccl̄e ad quē pertinet collatio succētorie e
am contulit p. canonico pictauen̄. post
modum dicta collatione nō cessata ean
dez succentoriā contulit B. canonico picta
uen̄. vnde orta questione inter eos cū
cōmissa fuit super ipsa succentoria qui
busdam iudicibus delegatis coram qbꝰ
petijt vtraq̄z pars electōem de se factā cō
firmari et alterius cassari lite cōtestata
et testibus hinc inde receptis cā delata ē
ad dñm pa. preterea iudices quasdam
litteras concesserunt partibus in qui
bus quedam clausula vltimo in litteris
illis fuit apposita proponebatur contra
dictū B. q̄ illa non fuerit apposita de cōsci
entia iudicū et sic falsauerat lr̄as illas z
q̄ vsus fuerat litteris sic falsatis super
hoc deposuerunt iudices q̄ lr̄as illas con
cesserant dñs pa. attestationibus veriusq̄z partis inspectis inuenit eē probatum
dictum p. publicū aliatorem eē ac publi
cum vsurariū q̄ xi. pro xij. mutuabat īlu
do Ipse vero in sui excusatōem allegabat
cōsuetudinē gallicorū qua clerici mutuant sic frequenter et indūt. sed pa. illā
cōsuetudinē penitus reprobauit cū in illis
magis sit punienda offensa per q̄s delin
quendi auctoritas vsurpatur vnde quod
circa dictū p. de succētoria ipsa factū est
propter indignitatē et vilitatē ipsius de
creuit dñs pa irritandū cū personis vili
bus z indignis pōtē dignitatis patere
non debeant preterea contra prefatum B.

fuit probatum q̃ de cõscientia iudicũ vlti
ma clausula non fuerat inserta in lr̃as e
orundẽ sicut per ipsorũ depositiones cõsti
tit euidenter. propter qd̃ pars altera p
ponebat q̃ predictus B. vsus fuerat litte
ris sic falsatis et ideo tã falsarius debe
bat repelli pa. tamẽ cõsiderauit q̃ licet cõ
staret q̃ dicta clausula in litteris illis fu
isset apposita preter cõscientiã iudicũ ta
men fides facta nõ fuit q̃ dictus B. illam
clausulã apposuerit vel procurauerit vt ab
alio poneretur vel etiã q̃ faceret vsus fu
erit lr̃is sic falsatis vñ pa. ab hmõi falsi
tatis obiectu dictũ B. absoluit precipue ta
men postq̃ hoc sibi obiectum fuit eis vti
noluit. Sed q̃ per depositiões duorũ testi
um cõstitit q̃ cõfessio facta p. pdicto pre
sbitero fuit cõfessionẽ factã postmodũ B. pa. de
cernit ipsam irritã & manẽ. Et quia cã
tor ita mõstranter se habuit in hoc facto
vt prima donatione nõ cassata secundã
facere attemptauit vt puniatur in q̃ pe c
cauit dñs pa. priuat ipsũ potestate cõfe
rendi ac vice successorũ ipsã mandans
iudicibus quatinus eandẽ auctoritatem a
postolica persone idonee assignare procu
rent. Nota q̃ aliator publicus & vsura
rius publicus repellitur a dignitate ob
tinenda nõ obstante cõsuetudine aliq̃.
Itẽ praua cõsuetudo potius dicẽda ẽ cor
ruptela q̃ cõsuetudo. Itẽ nemo auctoritа
te vel cõsuetudine debz vsurpare delinquẽ
di licentiã q̃ propter hoc magis punitur
Itẽ vilibus personis & indignis dignita
tes nõ sunt cõferende. Itẽ ar. q̃ succes
toria ẽ dignitas. Itẽ iudices possunt fer
re testimoniũ de his q̃ corã eis acta sunt
et per eos. Itẽ nõ probat hoc cẽ q̃ ab hoc
cõtingit abesse et sic dubia probatiõ non
nocet. Itẽ nõ punitur q̃ falsis litteris
nõ vtitur postq̃ sibi opponitur. Itẽ duo
testes sufficiunt. Itẽ prima electione
non cassata attẽptare non debz secunda cũ
fiat de re nõ vacante et ita nulla vt hic.
Itẽ punit electus q̃ sua pria electiõe nõ
cassata secundã attẽptat. itẽ punitur debz
quis in eo in quo peccauit.

Accidentibus. Ca. Epi in cõ
silio generali cõstituti cõquesti sũt de ab
batibus q̃ ipsi suis terminis nõ contenti
manus extendũt ad ea q̃ ad epos perti
nere nosc̃ntur videlicet cognoscẽdo de cau
sis matrimonialibus inburgendo penitẽ
tias publicas cõcedendo lr̃as indulgenti
arum et similia presumẽdo propter q̃ au
ctoritas epalis vilescit interdũ apud mr̃
tos volens cõsiliũ episcoporũ dignitati
et abbatũ saluti in his prouidere prohibu
it ned̃ cetero aliqs abbatũ ad talia se ex
tẽdat si ppriũ periculũ voluerit euitare
nisi forte aliquis ipsorum speciali cõcessi
one vel alia legitima causa sup hmõi
valeat sortiri. Nota q̃ ista q̃ hic prohi
bentur abbatibus de iur̃ cõmuni pertinẽt
ad epos. itẽ abbates ista prescribere
possunt.

Dilectus filius. Ca. Quidaz
fecerant quoddã furtũ q̃ vt dicebatur cõ
fessi fuerant super furto ioanni presbite
ro in penitentionali iudicio. rectores fra
ternitatis vrbis cõpellebant dictũ pres
biterũ iohannẽ ad reuelandũ furtes & id
qd̃ sup furto sibi fuerat reuelatũ ad satis
faciendũ ex inde damnã passo et nisi alte
rum predictorũ faceret ruerunt in ipsuz
sniam interdicti propter qd̃ dictus facer
dos cõquestus ẽ dño pa. quia perniciosuz
eẽt dictũ presbiterũ reuelare taliter sibi
credita et cogi ad soluendũ id qd̃ non ca
pit mandat pa. cardinali sancte prudẽ
tiane presbitero vicario suo quati. presa
tos rectores corã se cõueniens inungat
eisdẽ vt a grauamine pbri memorati su
per hoc penitus cõquiescãt. Nota q̃ sa

cerdos repelli non dz vt reuelet sibi in pe nitẽtia credita. Itẽ non dz quispunici in eo in quo nõpeccauit.

¶ Dilecta in cristo. Ca. presbi teri et clerici lotren. eccẽ melden dioc. cũ non cõsueuerint habere sigillum nec sint vnũ corpus ita q capitulũ appellentur nihilominus contra voluntatẽ abbatis se lotronen eccẽ q ẽ ipsorũ caput et patro na proprium sigillũ habere cõtendunt. vnde abbatissa significauit hoc dño pa. mandat pa. quibusdã quatinus eis cõsti terit ita eẽ dictis presbiteris et clericis auctoritate dñi pa. precipiãt expresse ne presumant vel de nouo fabricare sigillum vel vti eo si forte nouiter fuerit fabrica tum. Nota q q nõ sunt vnũ corpus nec faciunt vnũ collegiũ nõ dñt habere cõe sigillum.

¶ Grauẽ. Ca. archidiaconus ã bianen veniens cõtra fidẽ prestitã et debi tam reuerentiã semel z secũdo epm pro prium suũ dñm eẽ denegauit. Itẽ in fo ro seculari deposuit contra eũ super rebꝫ spũalibꝫ questionẽ. Itẽ cãm z cõsiliuz prebuit fratri ipsius archidiaconi et cõ plicibus suis aduersarijs epi et inuasori epi et sociorꝫ eius et ita contra fidelitatẽ in tribus peccauit. Episcopus ambien. grauẽ de ipso archidiacono corã pa. depo suit questionẽ vñ mandat pa. quibusdaz quati si cõstiterit ipsũ archidiaconũ se mel et secundo contra fidẽ et reuerentiã prestitã episcopũ predictũ dñm suũ dene gasse vel in foro seculari cõtra ipsũ sup rebus spũalibus questionẽ deposuisse ut cãm et cõsiliũ prebuisse aduersarijs epi contra ipsũ eundez archidiaconũ tã pu tridum membrũ ne sana inficiat ab am bianen eccã perpetuo abscindant et bene ficia sua p eos ad quos donatio pertinet personis idoneis assignari. Nota qualit punitur clericus q negat prelatũ suũ do minũ suũ eẽ. Itẽ q trahit ipsũ in foro se culari pro re. spũali vel q facit contra fi delitatẽ perdere dz feudũ. Itẽ vbi plura narrantur quoz alterũ per se sufficit ad priuatiõem beneficij alterũ probari suffi cit. Itẽ membrũ putridũ abscindi dz ne sana membra inficiat. Itẽ clericus q negat episcopũ dñm suũ eẽ vel ipsũ tra hit ad iudiciũ seculare vel dat cõsiliũ ad uersarijs suis contra ipsũ per sniãm per dit beneficia sua nõ ipso iure.

¶ Nimis iniquã // Ca. in capitulo isto reprehendit auaricia siue auiditas prelatorũ quã exercent contra viros re ligiosos q dimiserunt oĩa propter deum et inumeraueruñt multa put in ipsa lrã cõtinetur in fine mandat dñs pa. quati. vniuersi et singuli prelati predictis gra uaminibus desistant subditos suos ab hu iusmodi artius cõpellendo. Nota hanc de cre. contra auaritiã et cupiditatẽ prela torum.

¶ Nimis praua. Ca. Quidã vi ti religiosi scz fratres predicatores z mi nores quorũ ordinẽ et regulã se. ap. nos citur approbasse in altissima paupertate cristo pauperi famulari elegerũt sed pre lati eccãrum et alij in multis articulis aggrauare nitũtur eosdem et enumeran tur in lrã vnde mandat pa. vniuersis pre latis eccãrum quati. vniuersi et singuli a predictis grauaminibus oĩo desistant et subditos suos cõpescãt artius ad huiꝰ modi. // Nota q frẽs predicatores et mi nores ad synodũ ire nõ dñt. Itẽ iuramẽ tum fidelitatis episcopis facere nõ dñe. itẽ de fructibus curatorũ suorũ decimas sol uere nõ tenẽtur exempti ẽni sint ab oĩbꝫ prenotatis grauaminibus.

¶ Tãta ẽ clauis. Ca. Dñs pa. propter quosdam excessus quorundam

cõmissos in quosdã canonicos ꝛ prelatos et clericos et res predictorũ regnũ portugalie supposuit interdicto p. episcopus colubren. ab initio cepit seruare interdictũ dem mutato cõsilio violauit temere interdictũ olim quando ĩ dñm pa. q tulerat ipsũ et eccãm vo. cõtemnendo petri claues. et ledendo ecclesiasticã potestatẽ et alios induxit imo cõpulit nõ seruare interdictũ et quos ad hoc inducere non potuit post multa iniurias spoliauit eos dignitatibus prebendis et beneficijs suis et eos coegit exulare interdicendo et excõicando eosdem et cõfercdo predicta fautoribus suis que oĩa idẽ eps in presentia pa. et fratrum ipsius publice recognouit renuncians episcopatui in manibus dñi pa. spontanea voluntate et licet ille renũciauerit volens tñ dñs pa. vt illi qui sniam interdicti violauerant et receperant beneficia aliorũ q sine cã rõabili nõ debuerant spoliari effugiant ĩpuniti ne facti peruersitas transeat presumptoribus in exẽpliũ decreuit irritas et manes oẽm institutionẽ destitutõem collatõem beneficiorũ et dignitatũ presumptas p dictũ epm et excõicationis et interdicti snias in quoscũ q prolatas ab eo hac occasione post violatõem interdicti et q vbi magis excrescit grauius ẽ vindicandũ mandat pa. archiepiscopo bracharen. quatin oẽs illos quos eps intrusit in beneficia et dignitates aliorũ nõ solũ a beneficijs ipsis. verum etiã ab alijs siqua obtinẽt deleat ẽ mouere tã presumptores predictos quã oẽs alios q violauerũt damnabiliter interdictũ ab officio et beneficio suspendẽdo et illos quos cõstiterit manus temerarias extendisse in psonas et res predictorũ canonicorũ prelatorũ et clericorũ ad presentiã pa. venire cõpellat p mentis recepturos inuocato ad hoc si opus fuerit brachio seculari. Nota q q violat interdicta in duo videtur delinquere. s. in principem et eccãm quia ledit ecclesiasticam potestatẽ et cõtempnit claues petri. Itẽ post talẽ violatõem et cõtemptũ snia lata ab ipso violatore et institutio et destitutio irrita est. Itẽ violatores interdicti ab officio et beneficio sũt suspendendi. Itẽ qui q grauius excedit grauius ẽ puniendus q vbi maior ẽ culpa maior dz ex exceri vindicti. Itẽ q violentas manꝰ mittit in clericũ ad se. ap. ire cõpellitur. Itẽ vbi eccã per se non sufficit inuocare dz auxiliũ brachij secularis.

De noui operis nunciatione.

Retulerunt Ca. Clerici de rodigo q cepũt edificare quandã capellã ĩ preiudiciũ eccẽ baptismalis de costa pretẽtis ad priorẽ sancti cipriani de venecijs ex parte eccẽ baptismalis denunciatũ fuit nouũ opus cleri de rodigo ne in preiudiciũ ipsius eccẽ illaz capellã edificarẽt. ipsi spreta denunciatione processerunt in ope. vnde super hoc ad petitõem prioris sancti cipriani de venecijs cõmissa fuit cã paduano epo. eps q de noui operis nunciatõe ĩ canonibus nõ reperitur quesiuit a pa. qualiter sup hoc eet procedendũ. quia vero sicut leges non dedignãtur sacros canones imitari. ita sacri canones principũ cõstitutionibus manda: pa eidẽ episcopo quatinus diligẽter cõsideret q si post denũciatõem noui opis siue iure siue iniuria aliquid cõstruatur ꝑm leges dz demolirie ꝑm canones sulla eccã in preiudiciũ alterius ẽ cõstruenda. vnde negocio ipsi tã ꝑm leges q ꝑm canones nõ differat terminare Nota q leges nõ dedignãtur canones imitari et ecõuerso canones legibus adiuuãtur. Itẽ post denunciatõez noui operis nihil ẽ faciendũ alias totuz

dz destrui. Itē nulla eccā. in preiudiciū alterius ē cōstruenda. Itē ī causis eccle siasticis ꝑm leges poterit iudicari

Cū ex iuncto. Ca. archiepūs cantuarien cepit edificare quandā capel lam de lameth in loco pertinente ad ec clesiam cantuarien. monachi cantuari en. eccē denunciauerunt ei nouū opus. ipse archiepūs spreta denūciatione edifi cauit eccām ⁊ canonicos instituit in ea dem reddit⁹ assignando eisdē. recepit eti am incamenta fidelitatis ab ipsis. vnde monachi cantuarien eccē dño pa. q̄ cau ter sūt conquesti mandat pa. cantuarien archiepō quatinus q̄cquid edificatū est in eccā de lameth. post noui operis nunci atōem suis expensis faciat penitus demo liri eo nō obstante si absens fuerit. cū in lege sit cautū vt si ille cui opus nouū fu erit nunciatū edificauerit ante remissio nē et postmodū agere ceperit ius sibi esse ita edificatū habere dz sibi actio denega ri et in irritū reducat q̄cquid de instituen dis canonicis ibidem et alijs ad ipsam ec clesiam pertinentibus ordinatū ē ab ipō vel ab eius antecessore. et canonicos ab obligatione prestiti iuramenti denūciet absolutos auctoritate pa. quia ea q̄ prin cipale non tenet q̄cquid ex eo vel ob id se cutū ē dz irritari.

Sup eo q̄z. In §. isto dicit pa. q̄ multū miratur q̄ monachi cantua rien. cū olim dimiserīt propter deū tot labo ribus et vtilibus personas et res nō du bitauerunt frequenter exponere q̄d mul tomodo fecissent nisi cognoscerēt premis sa in preiudiciū cantuarien. eccē reddā te. archiepiscopus q̄ vitando scandalo ipsorū ab hmōi iurijs nō cessauit cum scriptura dicat q̄ illa q̄ sine mortali pec cato omitti nō possunt nō sunt q̄ scanda lo vitando dimittenda. nec illa debent pro scandalo vitando cōmitti q̄ sine peccato mortali cōmitti nō possunt. tamē ab illi que sine mortali peccato cōmitti possunt et dimitti pro vitando scandalo cessandū est et eis etiā insistendū ē. vnde apostolꝰ Si scandalizatur frater nō cōedam car nes in eternū. et dñs in euāgelio cecos e os qui scādali prestant materiā. Ve īquit hoī illi per quē. scandalū venit. et licet scā dalum maiorū sit vitandū vitandū ē eti am et minorū. in fine dicit q̄ cōtradictio ni fue taliter finē imponat q̄ cōtradicti o preterita per virtutē obedientie valeat expirari. Nota q̄ q̄cq̄id factū ē post denunciatōem noui opis expensis eiꝰ cui denunciatū ē demoliri dz. nec dz q̄s audi ri si dicat ius sibi ē. Itē destructo prin cipali et accessoria destructa sūt Itē ar. pro religiosis q̄d sp presumitur iustam cām habere. Itē ar. q̄ pro vitando scā dalo q̄ñq̄z detrahendū est seueritati. Itē propter scandalū peccatum mortale cō miti non dz. Itē scandalū minorū vita dum ē sicut maiorū.

Significatibus. Ca. Quidā ciuis parisien. nomine cepit edificare ī platea fācte oportune pisien. in preiudi cium ipsius eccē canonici ipsius denuncia uerunt ei nouū opus deponente s de ipso super hoc corā officiali pisien archidiaco ni q̄oz et offerentes se probaturos iō tinenti plateā illā ad suā eccām pertinere illūi suū preiudiciū edificare unde pte bant illū prohiberi ne edificarz non ob stante q̄ dictꝰ n. offerebat cautōem de opere demoliendo si appareret ipsū n. ius edificandi nō habere officialis interlo quendo decreuit probatōes canonicoꝝ ad mittendas et ab opere interim quiescen dum a qua interlocutoria idē n. ad seno nen curiā appellauit officialis curie seno nen. interlocutoriā illam cassauit decer

nens predictū n. prędere debere in opere
construendo prestita prius cautione de
ipso demoliendo si ius non haberet non
admissis probationibus clericorū predi
cti canonici ad se. ap. appellarunt. mādat
pa. quatinus si est ita q̄cquid factū ē post
hmōi appellatōem in statū pristinū reuo
cetur ⁊c. Nota q̄ q̄cquid factū ē post de
nunciatōem noui operis dz demoliri non
obstante cautione oblata de opere demo
liendo si ius nō haberet.

¶ Is cui opus Ca. Quidā denū
ciauit nouū opus alicui q̄ in suū preiudi
cium edificare volebat ille volebat presta
re cautōes de opere destruendo denūcians
nolebat cautōem illam recipere imo vole
bat statim probare preiudiciū suū vel sal
tem vsq; ad tres menses. quesiuit iste
denuncians an deberet audiri. rñdet ei pa.
dicēs q̄ ille cui ipse nouū opus denuncia
uit teneret ipsū expectare vsq; ad tres
menses volentē probare preiudiciū sui iu
ris non obstante cautione q̄ offertur ab
ipso d opere destruendo si non iure edifica
tum apparat. Nota hic et in precedenti
capitulo qd̄ non prodest offerre cautōem
de opere destruendo si aduersarius eā reci
pere noluerit. Item nuncians nouū op9
expectari dz ab aduersario per tres men
ses volens probare preiudiciū sui iuris
non obstante cautione de opere moliendo

De priuilegijs ⁊ excessibus priuile giatorum.

Episcopalia. // Ca. Epi non
nisi maioribus pḡis et frequen
tioribus ciuitatibus presidere
debent ne honor episcopalis ꝓpter ea vi
lescat Nota. q̄ ne vilescat dignitas epi
nō in minoribus villis sed in ciuitatib9
residere dz.

¶ Sicut in indicijs. Ca. Dicit
gregorius q̄ sicut ipse nō vult in iudici
is turbare priuilegia laicorū ita nō vult
q̄ ipsi laici ei debeant preiudiciū aliqd̄ i
ferre. qd̄ si fecerint auctoritate ap. vult
eis resistere et ipsos violentos cohercere
nō ē contra legē sed legi facit subsidiū.
Nota q̄ eccā nō vult ius alterius sibi ar
rogare qz distincta dz eē iurisdictio. Item
violentes cohercere nō est contra legem
agere sed legi subsidiū facere.

¶ Cū et plantare // Ca. Fratres
templi et hospitalis excedebant in pluribꝰ
cōtra eṗalem auctoritatē q̄ etiā scandā
lum faciebant periculū aiarum propter
que epi in lateranē. cōsilio de ipsis grauī
ter sūt conquesti. Sup his primo dicit
pa. cū et plantare sacrā religionē et plā
tam fouere modis oībus debeamus nus
q̄ illud melius exequimur q̄ si ea nutri
re q̄ recta sūt et corrigere q̄ ꝓfectū virtu
tis ipediunt cōmissa nobis auctoritate
curemus. denū descēdit ad articulos in q̄
bus predicti fratres excedebant recipie
bant eni eccās ⁊ decimas de manibus lai
corū sine cōsensu eporum ꝓhibet pa. pre
dictis fratribus et alijs q̄buscūq; religi
osis ne d cetero pdcā recipiāt sine cōsēsu
epoꝝ dimissis illis q̄s cōtra tenorē istū ali
quo tpe receperunt. Item excōicatos ⁊ inh
dictos ab episcopis recipiebant ad diuina
precipit cōsiliū tā his q̄ alijs religiosis
predictos euitandos iuxta sniās episco
porū. Item in ecclesijs suis q̄ ad eos pleno
iure nō pertinet presbiteros instituēdos
in eis cū vacauerint episcopis represen
tent vt de cura plebis episcopis respōde
ant et ipsis fratribus de rebus tpalibus
rōem exhibeant et institutos incōsultis
piscopis nō audeant remouere. Item si cē
plarij vel hospitalarij ad eccām venerit
interdictā semel in āno ad ecclesiasticū
officiū admittātur excluſis excōicatis et

interdictis nec tūc ibi sepeliantur corpora defunctorum. Itē de cōfratribus predictorū statuit cōcilium vt si oīo se nō reddiderint fratribus ipsis sed in proprietatibus suis remanserint propter hoc ab eporum fuorū sua et iurisdictione nullatenus eximantur · sed potestatē suā in eos sicut in alios prochianos suos exerceant cū deliquerint Ad aūt dictū ē de predictis fratribus idē precipit ab aliis oībus obseruādum si ei contra hoc instituū venerint ecce in qbusta presumpserint subiacerāt interdicto et qd egerint irritū habeatur Nota qp ecce vel decime de manu laici sine cōsensu eporū recipi non dūt. Itē cōstitutio extenditur ad preterita. Itē excōicati et interdicti obtētu alicuius priuilegii ad diuina recipi nō dūt. Itē institutō et destitutio presbiterorū ad episcopū pertinet · nisi ecce vtroqz iure ideſt qd ad spūalia et tpalia ad religiosos pertineāt. Itē templarii et hospitalarii semel in āno in ecclesiis interdictis celebrare possunt.

Itē q in fraternitate priuilegiatorū recipiuntur si in propriis possessionibus remanserint propt hoc a subiectione dioc. episcopi nō eximūtur. Itē qp de cōplaciis et hospitalariis hic dicitur ad alios ōnes religiosos extenditur. Itē p abusus siue delictū perditur priuilegiū. et sic nota qp priuilegiū meretur amittē q pmissa sibi abutitur potestate.

¶ Dilecti filii. Ca. Fratres hospitalis hierosolimitani cōquesti fuerunt dño pa. qp archiepiscopi et episcopi eis ꝺ suis malefactoribus iusticiā facere nolūt priuilegia ipsorū non recipiētes vñ pa. scribit prelatis predictis qp ipsi procurent qp ipse priuilegia ipsorū prelatoz decurtabit cū ipsi obuiare nō timeāt scripta auctis ro. ec. Nota ar. contra iudices q iusticiā querelātibus nō exhibēt et partiū probatōes nō attendūt. Itē nota qp ei iusticia nō ē seruanda q alios iusticiā denegat exhibere.

¶ Ad hec. Ca. hospitalarii defūctos excōicatione sepelierant in cimiteriis ecclesiarum mādat pa. cantuarien. archiepiscopo quatinus precipiat ipsis hospitalariis vt corpora illorū defunctorū in excōmunicatione extra cimiteria eiciant et si non fecerint archiepiscopus illud exequi nō omittat. Nota qp corpora defunctorū in excōicatione nō sunt in cimiteriis sepelienda.

¶ Si de terra. Ca. Monachi sancti andree ordinis cistercien. habent priuilegiū de nō dandis decimis de laboribus suis. monachi isti habent terras in prochia canonicorū de plancio de quibus decimas persoluerunt p xxx. ānos dictis canonicis. nec exactati nolunt soluere decimas dictis canonicis vñ. mandat pa. monachis illis qnatinus si de terra illa quā habent in prochia illorū canonicorū p xx x. ānos decimas persoluerūt eis dē eas de cetero integre sibi soluant. qz licet eis sit cōcessū vt de laboribus suis decimas non persoluāt de priuilegio tamē indulto tanto tpe detrahere voluerūt. vñ nō potest per priuilegiū se in hac parte tueri cum libet sit vnicuiqz iuri suo renunciare. Nota qp q nō vtitur priuilegio sibi cōcesso legitimo tpe amittit illud. itē. xxx. ānorum spacii beneficia priuilegii excludit. itē liberū ē cuilibet iuri suo renunciare.

¶ Porro quāuis. Ca. Templarii et hospitalarii multa prerogatiua libertatis sunt muniti veruntamē aliā libertatem habere videtur in locis illis in qbus fuerāt habitatores antecp ad eos peruenissent qp in aliis suis possessionibus si habuerūt eandē vel aliā hoc ex ispectōe

priuilegiorū suorū dz cognosci et ꝑm qđ
inuenitur in priuilegijs ita ē obseruand
In fine dicit pa. sic volumus eos tenorē
priuilegiorū suorū seruare ꝙ fines eorū
nō transgrediantur. Nota ꝙ priuilegia
seruanda sūt ꝑm qđ cōtinetur in eis. Et
sic ar. ꝙ priuilegia stricti iuris sūt. Itē
ar. ꝙ nulli priuilegiato credendū ē nisi p
uilegiū suū inspiciendū cōcedat. Itez a
forma verborū nō ē recedendū. Itē fines
priuilegij nemo excedere dz et sic ē ar. ꝙ
fines mandati diligēter sūt obseruandi

¶ Recepimus Ca. Quidā legatus ap. se. inuenit plures eccās in sua legatione censuales dubitauit vtrū hoc ipso eēnt exempte a iurisdictione eorum
ꝙsiuit a pa. qđ iuris sit sup hoc et ipse respondit cōmendās in hꝫ diligentiā suā dicens ꝙ sicut nō oēs illi q̄ specialiter existūt de iure beati petri ap. se. ānuatim cēsum exsoluūt ita nō oēs cēsuales subtrahuntur a iurisdictione eorū uerūtamē inspiciēda sūt priuilegia eccārum et si fuerit deprehensū in eis ꝙ eccā q̄ soluit censum spūaliter beati petri iuris existit et ad iudicū pcepte liberatus ānuatim cēsus soluatur eccā illa libera ē ⁊ exempta Si vero ad iudicū pceptū ꝓtionis census psoluitur ꝓpterea a iurisdictione epi nō ē subtracta. Nota ꝙ per hanc de cre. dz et potest cognosci ex inspectione priuilegiorū an sit eccā exempta vel nō qⁱ si dicatur in priuilegijs qđ detur census in signū libertatis tūc ē exempta eccā Si aūt detur in signū ꝓtionis nō est exempta. ¶ Itē priuilegia inspiciēda sunt cū de eorū tenore dubitatur Itē exemptio in ꝓtione parū vel nihil cō moditatis est.

¶ Sane. Ca. Nullus dz auctoritate sua sibi presumere qđ alij certa ratiōe inspecta a re. ec. singulari priuilegio ē cōcessum. Nota ꝙ nullus dz proꝓria auctoritate aliqđ sibi presumere. ¶ itez priuilegiū non dz cōcedi nisi certa rōne inspecta. ¶ Itē speciale nō dz trahi ad generale

¶ Parentibus. Ca. Hospitalarij et cāplarij et alij etiā habent oratoria in domibus suis. q̄siuit eps abulien. vtr licēat predictis ponere ibi cāpanas ⁊ publice pulsare. ⁊rñ. pa. ꝙ ñ licet sed agere imo cōpellendi sūt vt ita suo iure sint cōtenti qđ iustitiā nō impediant aliorū. ¶ Nota ꝙ in oratorijs cāplarioū et aliorū nō licet habere cāpanam. ¶ itē ar. ꝙ si excedant metas priuilegiorū suorū siue publice deliquant ꝙ pñt ab episcopo exerceri. ¶ itez priuilegiū sic ē intelligendū et seruādū vt nō ledat vel impediat iustitiā aliorum.

¶ Tuarū nos. Ca. Fratres hospitalis sancti ioannis cum ꝓ elemosinis colligendis mittere debeant clericos ⁊ fratres de ordine suo crucē signatos ipsi mittunt laicos ⁊ illiteratos q̄ in superbiā elati in multis excedere presumūt. ⁊ quadā eccām baptismali sibi ab archiepo lugdun. cōcessa q̄dam corū percussit vicarium sacerdotē. ipsam eccām sanguinis effusione fedando propt̄ qđ archiepus ꝓhibuit ibi celebrari diuina donec fuerit reconciliata ipsi nihilominus ibi diuina officia celebrauerūt. ¶ itē quosdā presbiteros ab episcopis suis ab officio suspensos. Eidē quātus laici sint restituūt ad diuina officia exequēda. ¶ nē quosdā laicos q̄ cū uxoribus suis in domibus proprijs cōmorantur ꝓ eo ꝙ sibi soluūt ānuatim ita eximere cōtendūt vt alijs ꝑm legem terre respondere nō teneātur Cōsultus pa. rñ. cū priuilegiū mereatur amittere q̄ permissa sibi abutitur potestate. mandat archiepiscopo lugdun. quat. si aliqs clericos aut laicos inuenerit missos a p

dictis fratribus pro elemosinis colligē dis falso crucē signatos interdicat illis q̄ eos miserit officiū predicationis in tota prouincia sua ꝛ missos si laici fuerint excōicatōis mucrone percellat. Si clerici ab officio ꝛ beneficio suspendat. nō obstā te aliq̄ priuilegio vel appellatione. illos vero q̄ post interdictū suū in eccl̄a predicta celebrauerunt diuina eadē pena suspēsionis īuoluat et in eadē diuina officia celebrari nō permittat donec fuerit recōciliata presbiteros ab episcopis suis suspēsos et per frēs illos ad officia sua treme re restitutos in eandē sniām reducat alios vero q̄s propter premissam cām ad respondendū alīs ꝑm legē terre asserūt nō teneri cōpellat alīs respondere nō obstāte appellatione. Nota q̄ priuilegium meretur amittere q̄ abutitur ipso. Itē illi q̄ mittūtur ad colligēdas elemosinas a fratribus hospitalis sc̄i ioānis dīc̄ esse de ipsis fratribus crucē signati vero ꝛ nō falso Alioq̄n repellūtur cū pena hic sta tuta. Itē ar. q̄ licet aliq̄s portet habitū regulare nō obligatur dūmodo cōstet q̄ alio obligandi hoc nō fecit. Et sic ē hic ar. q̄ habitus nō facit monachū. Item priuilegiū nō excusat i delictis. Itē appellatio nō tenetur sed nō tuetur aliquē in delicto. Itē ar. q̄ ordinarius possit punire exemptos cū publice delinquūt. Itē in eccl̄a sanguinis effusione polluta celebrari non dz donec reconcilietur. Itē absolutio vel restitutio facta ab illo q̄ nō habet ius absoluēdi vel restituēdi nō valet itē priuilegio cōuersorū gaudere nō dīc̄ q̄ non sūt cōuersi.

¶ Cū olim ¶ Ca. abbas monasterij eugubiū. olim priuilegiū lucij pa. presentauit dño pa. pretendens illud īnouari ep̄s eugubinus cōtradixit asserēs hoc in eius preiudiciū redundare propter qd̄ priuilegiū nō extitit īnouatū tpe predecessoris abbatis iterū cōstitutus corā pa. procuratoribus episcopi presentibus allegans se predictū priuilegiū lucij pa. amisisse petijt ut dñs pa. faceret recipi testes sup amissione ipsius priuilegij et tenore dñs pa. cōmisit hec cardinali vij apostolorū qui fideliter redegit in scriptis deposīcōes x. testium iuratorū eius publicātq̄ procuratores episcopi petierunt inducias ad reprobandos testes abbatis pa. illas eis cōcessit vt apud se. ap. probarent q̄ vellent vbi pars altera suos testes produxerat post hec dñs pa. manifeste cognoscēs tā per depositiones testiū quā assertionē quorūdam cardinaliū tenorē dicti priuilegij talem fuisse q̄ cenobiū illud nullo mediante ad ro. eccl̄am. pertinebat ꝛ q̄ non liceret alicui epo cōtra monasteriū illūd et eius capellas excōicationes proferre cū soli romano pontifici sit subiectū et q̄ nulla in eo dioc. episcopi mentio habeatur. et preterea abbas tpe celestini ad presentiā eius accedens ipse inspectis priuilegijs ipsius abbatis ipsū licet excōicatus diceret ab episcopo eugubino tp̄e nō ligatū admisit ad osculū pacis q̄ nō fecisset nisi esset exemptus istis oībus cōsideratis dñs pa pa decreuit priuilegiū illud lucij pa. q̄ sine reprehensione bulle carte vel littere apparebat qñ fuit ei ostensū illius fuisse tenoris cuius dicitur ee per depositiones testiū et cardinaliū assertionē. Nota q̄ īnouatio priuilegij fieri non dz si cōtradictio sequatur licet per illā īnouatōem nihil noui iuris acquiratur. Itē amissio priuilegij potest probari et tenor ipsius itē equalitas in iudicijs seruanda ē vt vtraq; pars i eodē loco suas offerat probationes. itē post publicas attestatōes testes possunt induci ad reprobatōem testiū inductorū itē si prelatus excōicatū

recipit ad osculū p hoc presumitur ꝙ nō ē excōicatus. Itē sniā nō suo iudice lata non tz. Itē mstrumentū in tribus precipue reprehenditur in bulla carta et lrā.

¶ Ex parte abbatisse. ‖ Ca. Episcopus melōēsis impetrauit quasdam lrās contra abbatissā et cōuentū lotreñ ecclē ad ꝗsdam delegatos in quibus nulla mentio fiebat de priuilegijs monasterij ꝗ ipsū monasteriū et eius eccās clerū ꝛ populū lotreñ declarant ad ro. ec. nullo modo pertinere quorū priuilegiorū epūs nō erat ignarus coram ꝗbus petebat epūs obtenti abā abbatissa ꝛ monialibus et clero et populo lotreñ. subiectōe in oīmodā reqrebat. Sed cū iudices abbatissā ꝛ moniales valde grauarent ad se. ap. appellauerunt iudices nihilominus in abbatissaz excōicationis et in clerū et populū lotroneñ. interdicti sniās ptulerūt. post hec nuncij monasterij predicta et alia coram dño pa. retulerūt ostēdentes eidē priuilegiū libertatis et pcēres illud priuilegiū īmonasterij dños pa. propter appellatōem p dictā nuncios predictos diutius detinuerit. tandē cū p alteram pte nō fuisset ꝙ defensaret eandē priuilegiū cōcessū ecclē lotreñ īnouauit. ita tū ꝙ per talē īnouatōem ecclē nō plus iuris accresceat ꝙ p priuilegia suorū antecessorū obtinuit ꝑ ius antiquū cōseruetur. Nota ꝙ a grauamine iudicū potest appellari. Itē fragilitati sexus cōpatiendū ē. Itē sniā lata cōtra priuilegium pa. nō tenet vt hic patet et in precedenti ca. Itē sniā lata post appellatōem non ligat vñ pa. iste sententias omittit ꝙ nullas. Itē differētia ē īter excōicatōem et interdictū. qz excōicatio īpsonas dz pferri. itē pendēte cā potest pti īnouatio priuilegij. itē īnouatio priuilegij nihil noui iuris tribuit sed ius cōseruat antiquū.

¶ Cū olim. ‖ Ca. Epūs colimbrien mouit ꝙdam contra monasteriū sancte crucis sup subiectione ipsius monasterij et quibusdā aliis articulis sup ꝗbus īpetrauit lrās cōtra monasterium ad iudices delegatos coram ꝗbus petijt epūs subiectionē monasterij ꝛ duo milia morabatinorū sibi restitui ꝙ duo milia colimbriē sis epūs ꝙ fuerat canonicus regularis ipsius dederat ipsi monasterio petijt etiam quasdā eccās cū fructibus medio tpe perceptis ꝗs monasteriū auctoritate ꝓpria fundauerat preter assensū colibrien. episcopi et expensas factas et faciendas īlit. interim interpartes fuere predictis tandē ex parte monasterij extitit appellatum propt ꝙd epūs colibrien. ad se ap. appellauit accedens morā fecit ibidē longiorē Sed ꝙ pro parte altera nullus cōparuit responsalis. fratribus ipsius monasterij mandat certū terminū prefigendo in ꝙ venirēt ad presentiā suā vel mitterēt diffinitiuā sniām recepturi sup priuilegijs ꝛ libertatibus ꝙ a ro. eccā et ab m. ꝙdā colibrien. episcopo se habere dicebant et sup aliis questionibus interlocutis cōtra eos ab eccā colimbrien. interim aūt liceret vtriqz parti coram abbate de alcobacia et eius cōiudicibus ꝗbus cā prius fuerat delegata proponere ac probare ꝙcquid vellēt et si de partiū procederet voluntate diffinitiuā sniām ꝓmulgarēt iudices audietis hinc et inde ꝙcquid partes ꝓponere voluerūt credētes sufficiēter actū ēē de cā cōdemnauerūt monasteriū īexpēsis ꝗs episcopus occasione ipsius negocij taxatione premissa iurauit se fecisse īfirmando libertatē quā dictus m. episcopus colibrien. cōtulerat monasterio sancte crucis canonicorū assensu extorto per nūcium regis. itē cōdemnauerūt monasteriū ad restitutōem duorum unium

monachinorū q̄ m. quondā colimbrīē· e
pīscopus dederat monasterio. Itē iudica
uerūt prēdictas ecc̄as q̄s monasterium
fundauerat sine assensu epī cū fructib9
medij tpis in ius colimbrīen ecc̄e revoca
ri. cū pars sc̄a cruce nec prescriptiōe nec
alia defensione sup hoc poterit se tueri.
Itandē procurator monasterij ad ap. se.
accedens proposuit prefatā sn̄iam nō te
nere. et si etiā teneret dicebat monasteri
ū indefensū. q̄ priuilegia libertatis ex
hibita iudicibus nō fuerūt et delictū per
sone nō dz in dānū monasterij redūdare
vñ petebat ad exhibitōem priuilegior̄ ō
benignitate apostolica se admitti. pa. ve
ro cōsiderans q̄ priuilegia illa nō solūm p
libertate monasterij faciebāt. sed ius ve.
ec. tuebantur ne in ve. ec. lesio monasterij
redūdaret ad exhibēda priuilegia procu
ratorem admisit cōsideratis priuilegijs ⁊
alijs causse meritis distinguendo inter li
bertatē per m. colimbrīen. episcopū monas
terio cōcessam et libertatē eidē monaste
rio a ve. ecc̄a cōcessam q̄ cōsensus capien
di extortus fuit in cōcessione episcopi et
pagina concessionis in aliq̄ loc̄is rasu
ras habebat suspectas et subscriptiones
singulis manibus subscribentiū ānota
tis. aliud scriptū q̄d exhibitū fuit nullā
rasuram habebat ⁊ eadē manu scriptum
libertatē ab ipso episcopo cōcessam dñs
pa. iudicauit irritā et manē quantū ad hāc
sn̄iam iudicū cōfirmando. verū q̄ per pri
uilegia antedicta cōstitit monasteriū li
berū et exemptū et q̄ tāto tpe fuerat in
possessione libertatis q̄ alijs cessantibꝫ
tiā prescripsisset libertatē illā monasteri
o cōcessam dñs pa. cōfirmauit episcopo su
p hoc silentiū iponendo. per hoc tamē nō
derogatur sn̄tē priorum iudicū cū ipsi de
hac nō cognouerint libertate pronūcia
uit monasteriū nō teneri ad ius profecti
onis q̄d ē cōtrariū libertati nō derogādo
iudicibus delegatis q̄bꝫ priuilegia liber
tatis nō fuerunt presentata in ceteris ve
ro articulis sn̄iam pro colibrīn ecc̄a pro
mulgatā cōfirmauit. Nota q̄ cā potest
monacho delegari. Itē q̄ nō professē ap
pellatōem et in cā succūbit et in expensis
punitur. Itē probatio expensarū per ju
ramentū fieri dz. Itē cōsensus seu cōfes
sio p metū extorta nō valet. Itē episcopꝰ
regularis donare bona ecc̄e nō potest nec
etiā secularis. Itē nullus potest edifica
re ecc̄as sine cōsensu episcopi in cuius ter
ritorio edificātur vñ. episcopus potest il
las revocare. Itē delictū persone in dam
nū ecc̄e redundare non dz. itē cū ecc̄a le
sa ē in iudicio restituitur in his q̄ amisit
Itē instrumentū dz eē sine aliqua rasu
ra suspecta. Itē libertas potest prescribi
contra episcopū nōie alterius allegata
Itē iz sn̄ia iudicis revocetur ex nova cā
iudex q̄ eā tulit propterea nō notatur.
itē sn̄ia pro parte tenet.

Accedentibꝫ Ca. monachi no
uiacen. in presentia dñi pa. petebant de
mas terrarū ciuslibet loci a templarijs q̄s
diu quiete possederāt anteqū ad templari
os pueniss̄ent. et postq̄ templarij terras
illas acq̄sierūt decimas earū p xl. ānos
et āplius pacifice percepērūt. sed mō de no
uo templarij eas subtrahere moliūtur Ex
parte templariorū allegabatur priuilegiū
q̄d de laboribus suis decimas soluere nō
tenētur. mādat pa. iudicibus quatinus si
abbates et monachi probauerint q̄ a tē
plarijs decimas de terris prēdictis per xl
ānos continue percepērint sine lite cōpel
lant templarios ad prestatōem ipsarū cū
tanto tpe contra priuilegia sibi cōcessa
decimas ipsas soluerint eis tacite renun
ciasse videtur si vero in probatione dēfece
rint absoluāt templarios ab eisdem Nota

ꝙ qui non vtitur priuilegio suo per xl. ānos amittit illud et sic nota ꝙ contra ꝓ uilegiū prescribitur Itē tacite renūciat quis iuri suo per cōtractū actū. Itē de fi ciente actore reus absoluitur.

¶ Cū capella. ¶ Ca. Capella du cis burgondie gaudet priuilegio speciali sibi a se. ap. cōcesso viz ꝙ nullus archi episcopꝰ vel episcopus in psonas canoni corū ipsius capelle sniās suspēsionis vel interdicti aut etiā excōis euadeat ꝓmulga re q̄dam canonici ipsius capelle hñt eccle sias prochiales q̄ subsunt ipō lingoñ. occasione dicti priuilegij dicūt se exemp tos in oībus ita vt quantūcunqz grauit excedant nolūt correctione ꝛ snie ipsius epi subiacere. epō significauit hoc dño pa pe. vñ mandat eidē quat. m quantū exē pti sunt. rōe ipsius capelle priuilegijs a postolicis deferat reuerēter sed rōe alia rū eccārum quas ab ipso epō habent vel alias ad epi ptinēt iurisdictōem offici fui debitū in eos dē libere prosequatur. Nota ꝙ in capellis possunt eē canonici. Itē canonici possunt habere eccās parro chiales. Itē aliqs ē partim liber q̄ ad a liquē et partim alij subest. Itē aliqs po test habere plures dños. Itē eadē res duplici iure potest censeri.

¶ Ex ore sedentis // Ca. inter epz vigor nien. ex vna parte et monasterijūeuesth a minēn. ex alta q̄stio verteb̄atur sup subie ctione ac libertate ipsius monasterij pro curator monasterij proposuit ꝙ monaste riū ipsū ab ipsa sui fundatione liberū ex titit et exēptū cū capellis suis ad hoc pro tandū induxit priuilegia ro. pon. cōstan tini vnū ꝛ alterū alex. et iulgētias cle mentis et celestini q̄ vsū continuū p te stes ostendere nitebatur ex parte respon debatur aduersaꝙ in priuilegio cōstanti ni q̄dam perspicitur cōtineri p qd monas terium videtur ad iurisdictōem epi ptine re videlicet ꝙ abbas eiusdem monasterij primū locū post vigornien. epm sp obti neat sed hoc locū habere nō posset in ge nerali cōsilio neqz in ꝓuinciali. et sic re linquitur ꝙ illud intelligitur in sinodo e piscopali qualiter ad eiꝰ sinodū venire tenetur. in priuilegio alex. quodda aliud cōtinet. per qd dioc̄anus episcopus in e o dē monasterio iurisdictōem suā videtur in aliqbus retinere qi ibi dicitur episco pi vigornien. a fratribus eiusdē monas terij aliqd iniuste nō exigant sed in his cōtenti sint q̄ fratres eiusdē monasterij vi gornien. episcopis prestare rationabilit cōsueuerūt. p hoc videtur ꝙ aliq̄ de bonis suis abbates suis episcopis exhibere te nentur. Dñs pa. his ꝛ alijs intellectis cū a neutra parte sit probata p̄scriptio sē cōtionaliter diffinuit ꝙ monasteriū eccl Hamñ. liberū ē a capite et prorsus ab e piscopali iurisdictione exemptū. tutela ip sius monasterij archiepiscopo cāuariē reseruata. in mēbris vero q̄ nō probantur exempta dioc. episcopo sit subiectū propp ter qd abbas ad sinodū episcopi venīe te netur et primū locū post vigornien. epis copū obtinere et idē abbas ꝙ ipsis mem bris nō exēptis tenetur vigornien. epis copo exhibere reuerentiā ꝛ honorē q̄bus exhibitis vigornien. episcopꝰ dz manere cōtentus. Nota ꝙ iudex dz rectam ferre ſ mām nulli contra iustitiā parcere ius suū vnicuiqz tribuere. itē aliqs pro par te subest alicui et pro parte liber ē. item licz monasteriū liberū sit i capite mēbra nō sunt propterea exēpta nisi expresse de mēbris cōtineatur i priuilegio Itē ar. ꝙ aliqs potest eē vasallus pluriū dñoꝝ

¶ Ex parte. Ca. Clerici vel lai ci impetrant lras a dño pa. per quas capit eos cū psonis ꝛ rebus suis sub ipsius

protectionē. ꝗritur vtꝝ per talē protectionē exēpti sint a iurisdictione episcoporū suorū. rñ. pa. q̄ p hmōi lr̄as a potestate suorū epōrum nō subtrahuntur. Nota q̄ per verbū protectionis nō datur exemptio. secus cū dicatur ad indiciū libertatis percepte.

¶ Pastoralis Ca. Quidā religiosi lr̄as obtinent a se. ap. in q̄bus indulgetur eisdē vt ecc̄as suas in proprios vsus cōuertere possint decedentibus personis illarū. ꝗritur vtrū liceat eis auctoritate ꝓpa possessionē illarū ecc̄arū intrare p̄ per dioc. episcopū in illas sint potius inducendi ad hoc rñ. pa. q̄ suo episcopo mō sulto nō lz eis in possessionē illarū intrare q̄ p hmōi indulgentiā episcopali iurisdictione nihil intelligitur derogari nisi forte in ipsa indulgētia cōtineatur expresse q̄ episcopo mō sulto id facere possint. Nota hic ar. q̄ vbi cōceditur maius nō tamen id q̄d minus ē. Itē priuilegiū vel indulgentia intelligitur eē cōcessa sine alterius iniuria. Itē ubi duo sūt ordinamenta nō sufficit alterū totius nisi et vtrūq; removeatur. Itē priuilegia cū sint odiosa non dēnt extēdi nisi q̄tenus in eis cōtinent

¶ Petitis. Ca. aliq̄n cōtingebat q̄ ciuitatis tripolitana ꝓpter hospitalarios vel templarios generali supponit interdicto isti in quorū tenore positū fuerat interdictū nō seruabant. illud quesiuit episcopus tripolitanus vtrū ipse cū capitulo suo debeant observare. rñ. pa. q̄ excessus illorū illis non prebet licētiā delinquēdi ꝑ si predicti fines priuilegiorū suorū nō seruauerint violando interdictū q̄d ꝓ eis fuerat ꝓmulgatū episcopus et capitulū predicti in pena presumptōis illorū quādiu ipsi nō seruauerint interdictū de licētia dñi pa. celebrent ne videātur de aliorū fletu tridere. Nota q̄ non dz q̄s illud facere a q̄ intrauit alios prohiberi nec dz alij legē ponere quā ipse negligit observare. Itē eo iur̄ q̄ q̄s cōtractū vtatur ipse dz vti eodē. Itē nullus dz exercere fines priuilegij sui. Itē nullus de alterius fletu tridere dz.

¶ Rm̄ p cōfessionē. Ca. Episcopus neplxesinus protulit ius episcopale in ecc̄a beati blasij de flaiano pertinente ad quoddā monasterū in dioc. dicti episcopi cōstitutū. ex parte aduersa allegabatur quoddā capitulū qđ cōtinetur in priuilegio monasterio cōcesso viz vt nullus episcopus ecc̄as vtroq; iure illi subiectas interdicto supponere. vel monachū seu clericū eiusdē monasterij sinodare vel excōicare presumat. Dz procurator monasterij fuit cōfessus in iure q̄ episcopus neplxesinus ius episcopale exercuit in ecc̄a predicta. dubitabatur vtrū ca. predicti priuilegij obstaret q̄ minus episcopus ius episcopale possit exercere in dicta ecc̄a vel capellanū ipsius rñt. pa. cū p cōfessionē procuratoris monasterij cōstet q̄ episcopus exercuit ius episcopale in ecc̄a predicta idē episcopus nō obstante capitulo istius priuilegij potest dictā ecclesiam interdicere et excommunicare monachū siue clericū monasterij ad regimē ipsius ecc̄e deputatū cū alteruter q̄ de iure illa fuerint facēda. q̄ illd capitulū intelligitur de monachis vel clericis in ipso monasterio ꝓmanētibus vel destinatis ad ecc̄as vtroq; iure sibi subiectas Nota q̄ cōfessio procuratoris in iure facta dño preiudicat. itē priuilegiū nō tuetur aliq̄s in delicto. Itē ecc̄a huic subiecta ē ablati vtroq; iure q̄n episcopus nullū ius episcopale exercet in illa. itē licz ꝑsona sit exempta cū rōne rei quā possidz nō exēpte ē subiecta.

¶ Quia circa. Ca. archiepisco

pus lunden. cōcessit monachis omnium sanctorū priuilegiū sup decimis episcopalibus retinēdis si forte dicēdo remittimꝰ monasterio cū in sanctorū decimas possessionū ipsius monasterij pertinētes ad archiepiscopatū. archiepūs lundiñ successor cōcedentis priuilegiū ⁊ confirmat vtrū monachi predicti priuilegiū illud extendere valeant ad possessiones acquisitas tpe priuilegij ⁊ postmodū acquirēdas rñ. pr. qñ remissio decimarū illarū facta fuit ꝑm canones predecessor illius modi remittendo decimas episcopales monasterio cū nihil exceperit et potuerit excepisse intelleriss videtur nō solū de decimis possessionū illius tpis sed etiā futuri qr in beneficijs plenissima dz interpretatio adhiberi et vna ⁊ eadē res non dz diuerso iure censeri. Nota q cōcessio simplicit ⁊ indifferenter fcā etiā respicit tpa futura ⁊ generalit intelligit. ⁊ sic ē hic ar. q indifferenter ecclesie vniuersali. Itē q nihil excepit ⁊ potuit totiusue suū intelligit aliēasse. itē in beneficijs plenissima dz fieri interpretatio. Itē vna res nō dz diuerso iure censeri. Itē ar. q priuilegiū extendit ad futura

Antiqua. Ca. Cōsiliū generale renouat priuilegia quatuor patriarchalium sediū statuēdo vt post ro. eccām q inter alias obtinet principatū cōstantinopolitana primū locū obtineat alexandrina sēm anthiochena tertiū hierosolomitana quartū seruata qlibet propria dignitate ita q postq prelati illarū a ro. pon. pallium acceperint prestito sibi fidelitatis et obedientie iuramēto et ipsi postmodū pallium suis suffraganeis largiātur recipiētes pro se obedientiā canonicā et pro ecclesie sponsione obedientie ab eisdē. Secūdo dicit q ante se faciāt crucē vbiqz deferri nisi in vrbe romana et vbicūqz sūmus pontifex pñs fuerit aut etiam legatus vtēs in signeis apostolice dignitatis Vltiō dicit q in oibus ꝓuincijs eorū iurisdictioni subiectis ad eos cū necesse fuerit appelletur. saluis appellatiōibus ad se. ap. ī terpositis qbꝰ ē aboībꝰ deferendū. Nota q dño pa. ē iudex ordinarius singulorū Itē palliū ē signū plenitudinis potestatis pastoralis officij. Itē suffraganei tenentur prestare iuramentū obedientie ⁊ reuerentie patriarche itē minor iudex nō potest exercere iurisdictiōez suā pñte maiori. itē ad patriarchā potest appellari omissis medijs ⁊ hoc intellige de his q sūt eius iurisdictioni subiecti. itē omissis oībꝰ medijs potest appellari ad pa.

De priuilegia. Ca. Romana eccā qbusdā regularibus cōcessit qdam priuilegia Dz qr ipsi fines priuilegiorū suorū excedebant ea minus bene intelligētes pa. eam cōsilio generali declarat qliter sint intelligēda ne illa ptrahāt ad abusū et priuilegiū mereatur amittere q permissa sibi abutitur potestate. Secō ponit verba priuilegiorū. Cōcessum ē ab eccā ro. quibusdā regularibus scz templarijs et hospitalarijs vt his q fraternitatē eorū assumpserint nō negetur eccāstica sepultura nisi sint excōicati ⁊ nōiatim interdicti. Si forte eccē ad quas primēt fuerint interdicti ipsos qz cōfratres qs eccārum prelati apud eccās suas nō permiserint sepeliri ipsi ad eccās suas dferāt tumulādos nisi excōicati vel nominatim fuerint interdicti declarat hic pa. de qbus cōfratribꝰ sit intelligēdū scz de illis q adhuc morātur in seculo ⁊ eorū ordini sunt oblati mutato habitu seculari vel de his q sua bona eis dederant inter vinos retento sibi quādiu vixerint vsufructu isti qui dē sepeliātur apud eccās ipsorū regularium vel apud eccās aliorū nō mēdicantiū si ibi elegerint sepeliri Si enī de qbusliber

cõfratribus ipsorũ fraternitatẽ assumẽ
tibus intelligeretur pro duobus aut tri
bus denarijs ãnuatim sibi collatis mini
um vilesceret eccãstica disciplina tamen
z ipsi certã obtinẽt remissionẽ ab apostо
lica sede cõcessam Vltimo ponit aliũ ar
ticulũ in q excedebant fines priuilegior
suorũ. Continetur enĩ in priuilegio ipso
rũ vt si q fratrũ ipsorũ pro colligẽdis e
lemosinis ad aliquã ciuitatẽ castellũ vel ui
cũ aduenerint si forte locus ille a diuine
fuerit interdictus in eorũ aduentu semel
in ãno aperiãtur eccẽ vt exclusis excõmu
tis et interdictis diuina officia celebren
tur verba illa aperiãtur eccã semel in an
no sic debent intelligi vt vna enĩ eccã eiꝰ
dem loci semel tm̃ in ãno aperiatur. qꝛ Iꝫ
dictũ sit pluraliter aperiãtur eccẽ nõ tm̃ d
ãlibet eccã eiusdẽ loci intelligendũ ẽ ne
si hoc modo intelligeretur nimiã vilipẽdi
cõtingeret sniam interdicti q vero cõtra
istas declarationes q̃cp̃ sibi vsurpare p̃
sumpserint graui subiacerant vitiom No
ta q priuilegiũ meretur amittere q̃ prem̃
sa sibi abutitur potestate. Itẽ alĩ habet habitũ monachalẽ nõ tamẽ ẽ mona
chus Itẽ vilescere nõ dꝫ ecclesiastica
disciplina. Itẽ pluralis locutio exponit
de vno.

¶ Rõ nõnullis. ¶ Ca. Quibusdã
regularibus cõcessũ ẽt vt cũ cõe terre fu
erit interdictũ diuina possint officia cele
brare ianuis clausis et voce suppressa et
nõ pulsatis cãpanis exclusis excõmunicatis
de interdictis in fauorẽ pontificalis offi
cij cõcilij excẽdit hoc ad episcopos nisi h̃
eis expresse fuerit inhibitũ verũtamẽ h̃
ius illis cõcedatur q cãm aliquã nõ pres
titerint interdicto nec aliquã fraudẽ iges
serint cũ tale cõpendiũ ad iniquũ dispen
dium trahi non debeat. ¶ Nota q occasio
nis ad iniquũ dispẽdiũ trahi nõ dꝫ.

¶ Quãto ãplius. ¶ Ca. abbas et
cõuentus ordinis cluniacẽn. sũt exempti
vñ cũ epi et archiepi in quorũ dioc. com
morãtur eos excõicare vel interdicẽ nõ
possint in eos q̃ molũt in molẽdinis eor
vel coquũt panẽ in furnis ipsorũ et q vẽ
dendo vel emẽdo aut alias eis cõmunicãt
excõis et interdicti sniãs pferunt et sic
nõ vim et potestatẽ priuilegiorũ aposto
lice sedis̃ sola verba seruãtes mõachos
dicti ordinis quodãmodo excõicant dum
eis alios excõicare nõ sinunt et sic quan
cũ ad hoc iudicũ iudicio iudicẽt et q cõi
cant illis maiorẽ excõicatiõem incurrunt
cp̃ q excõicatis participant propt̃ qõ mo
nachi cluniacẽn. de pdãs platea genuit dño
pa. st cõsti. vñ mandat vniuersis z sin
gulis. predictorũ quatꝫ sniãs in fraudẽ
priuilegiorũ apostolice sedis de cetero ñ
ferant. qꝛ si sup hoc ad ipsũ querela pue
nerit promulgatores taliũ sniarum seue
ritate debita castigabit. Nota q nõ tã
tum verba sed vim et ptãtem priuilegio
rum legis et canonis seruare debemus.
Itẽ fraus legi vel canoni fieri nõ dꝫ ga
nihilominus incidit in legẽ.

¶ Ex parte. ¶ Ca. in districtu re
gime anglorũ erãt q̃dam trãsigẽtes nec ha
bitus nec tonsura clericos ostẽdit. sed cũ
ipsi deprehendũtur in aliq̃bus maleficijs
vt iurisdictiõem regime deludãt et pẽam
debitã p delictis euadant resumũt tonsu
ram abiectã et habitũ clericalẽ qꝛ antea
p laicis ab oĩbꝰ habebãtur Regina sig
nificauit hoc dño pa. rã. et pa. q si suã iu
risdictiõem in hmõi delinquẽtes exercue
rit q sine tonsura et habitu i delictis fue
rint deprehensi equamm̃iter sustinebit
cũ malicijs hoĩm nõ sit indulgendũ nec
tonsura vel habitu sic resumptis ipsorũ
malicia foueri nõ dꝫ. Nota q q tonsura
et habitu dimissis i delictis deprehẽdũt

amittunt ptiuilegiū clericale et possunt puniri sine pena excōicatōis. // Itē mali cōs hominū nō ē indulgendū sed potius obuiandū.

¶ Sup secula. Ca. quamuis eccā seculariū legū nō respuat famula tū q imitātur vestigia eqtatis tū qi ī frā da et multis aliis puncīs laici nō vtū tur legibus romanorū īperatorū et raro eccāstice occurrant cause q nō possint p canones expediri vt plenius facte pagine insistatur firmiter phibet dns pa. ne pa trs sue vel in cūtatibus seu alys locis vici nis aliqs docere vel audire ius ciuile pre sumat ꝛ q cōtra fecerit a cātum patroci nys ītrī excludatur et per ēm loci ex cōicetur. Nota q eccā approbat leges et eis vtitur. Itē magis ē mīstēdū sa cre pagine q alys scietys. Itē ar. q ra tione vicinitatis sentit qs cōmodū vel ī cōmodū.

¶ Quia mōtionis. Ca. Dns pa pa īnouauerat priuilegiū cuiusdā mona sterij cōstituti in dioc Baiocēn. epūs Baio cēn dubitauit vtrū per talē īnouatōem iuri epali sit derogatū q̄situit a dño pa. an ei prēiudicaret rōn. ei pa. q̄ inno uatio ius nouū nō cōfert nec tollit vetus vnde vult eū ee in eo statu in q erat tpe inno uationis īpetrate sed p hoc nō mōedit pa pa iuri alias cōpetenti eidē monasterio pre iudiciū generare. Nota q īnouatio pui legij nihil noui iuris tribuit nec ius vetꝰ tollit. Itē pa. nō mōedit per lras suas a licui prēiudiciū generare.

¶ Inhis q. // Ca. fratres predi catores et mnores īpetrauerūt indulgē tiā a dño pa. vt vbicūqꝫ fuerint cū alta ri viatico valeāt celebrare sine preiudici o iuris prochialis quidā prelati mmo strictē illā indulgētiā interpretātes. dice bant q per illā indulgentiā predicti frēs preter assensū prelatoꝝ hoc facere nō pos sunt vñ. nō pmittūt eos celebrare p̄m illā indulgentiā. Cū aūt sine indulgētia fra tres predicti possunt de prelatorū licētia celebrare nihil eis conferret. mandat do minus pa. cuidā epō quati. interpretati one hmōi reprobata dūmodo abstineāt ab iniurijs aliorū datā licētiā predictis fratribus debeat publicare ita q dicti fra tres ex indulgētia ipsa aliquā videātur gram cōsecuti. Nota q ea q̄ cultū diui nū respiciūt benigne sūt interpretāda. Itē beneficiū principis late ē interpretā dum. Itē indulgētia siue priuilegiū sic dz intelligi vt ali qd cōferat alias delusorū eet.

¶ Dudū. // Ca. inter priorē et cō uentum de butele ex parte vna ꝛ prioriss sam et moniales de cāpsce ex parte alia coram iudicibus questio sup decimis noua liū mouebatur lite pendente coram iudi cibus moniales īpetrauerūt indulgentiā sup decimis noualiū nō soluēdis. nulla ō lite mota in idulgētia mentionē facien tes pquā indulgentiā volebant repelleē priorē et cōuentū predictos a lite dubita tant iudices qd iuris est pa. de cōsilio fra trū suorū decreuit iuxta predictorū fratrū per indulgentiam illam nō facietē men tionē de lite mota nullū preiudiciū gene rari sup decimis noualiū nō soluēdis qs possidebant tpe indulgentie a parte alte ra īpetrate. Nota q ltē siue indulgētia sup re litigiosa īpetrate de lite mota non facietes mentionē nō valēt nec īpediūt p cessum iudicis qi tacta veritate sūt ob tente. Et sic nota q pa. cōcedendo alicui indulgentiam seu priuilegiū nō intēdit aliū ledere.

¶ Quidā sicut asserie. Ca. Qui dam priuilegiati vt templarij et hospitala

rū quosdā nō reperant in fraternitatē ip
sorū .propter qđ volunt dioc-ēpo de iuri
bus ēcalibuerūdere dicit pa' q̄ diu fra
tres isti morā faciunt in dombg suis dio
c-eos cōpellat ad iura sibi integraliter p
soluenda. Itē q̄ nō sufficit receptio pri
uilegiatorū ad cuitādā iura ēcalia nisi
recepti ad priuilegiatos trāseant·

¶ Cōsultationi ‖ Ca. aliqua ter
ra de nouo redacta ē ad culturā p aliq̄s ē
ligiosos de noualibus decimas nō solue n
tes de qua nō extat memoria q̄ culta fu
isset dubitabatur an perpetuo illa dicti de
beat nouales q̄ ad decimas nō soluendas
rū.pa.q̄ perpetuo terra illa debeat cōferi
nouales q̄ ad īmunitatē de decimis nō sol
uendis aliae cōtingere posset aliqū idul
gentiā de noualibus plurēs dispēdij q̄ p
utilitatis offerre. Nota qđ semel ē noua
le sp erit nouale q̄ ad īmunitatez de dec
mis nō soluendis. Et sic nota hic ar. q̄
principiū cōsiderandū ē. Itē ar. q̄ exquo
res semel ē priuilegiata sp erit priuilegi
ata q̄ priuilegia perpetua sunt.

De purgatione canonica.

¶ Nobilis hō. ‖ Ca. Statuit
cōcilium turonēn. q̄ si nobilis hō
vel etiā ingenuus accusatus fu
erit in synodo et crimē negauerit debeat re
accusatore cū duodecim hōibus ingenuis se
expurget si de hoc fuit infamatus· Secū
do dicit q̄ si ante fuit deprehensus aut in
furto aut in periurio aut falso testimonio
vltra ius ad iusiurandū nō admittatur
sed ei sicut q̄ ingenuus nō ē purgatio indi
catur. Nota q̄ deprehensus in furto.per
iurio aut falso testimonio ad iurandū vl
tra ius nō admittitur. Et sic ē ar· q̄ pre
sumitur cōtra aliquē et ante credenti vita
Itē ar. q̄ propter crimē perditur nomen
dignitatis.

¶ Si q̄s pbr̄. ‖ Ca. Statuit con
cilium agathen̄ vt si pbr̄ fuerit infamatus
negligēs famā suā· eps ppm iuramēto
seu anno cristiamtatis astringat vt eq
infamiā purgaret q̄ purgata si accusa
tor defuerit episcopus illū secū admōe
at et si nō correxerit adhibeat duos vel
tres. et si se nō emendauerit. episcopus e
um publice admoneat. et si sic nō curaue
rit se cōrigere ab officio suspēdatur vsq;
ad debitā satisfactiōem. ne populus in eius
scādalū patiatur. Nota ordmē per istam
decretalē qualiter prelatus procedere de
beat cōtra subditū infamatū antrēq̄ eū
ab officio suspēdat

¶ Moniales ‖ Ca. si moniales ac
cusentur libidinibus seruire vel etiam
denūcientur cessante accusatore p̄ purga
tam suā se expurgēt. Nota q̄ moniales
suspecta de incestu tenetur se purgare·

¶ Si q̄s de gradu· ‖ Ca. Si ali
quis clericus cōuictus fuerit in iudicio l
cōfessus se cōsensisse raptoribus aliena
rum sponsarū vel mediatorē eē a proprio
gradu repellatur et si de hoc verisimilē
infamatus fuerit se expurgare· Nota q̄
cōfessus in iure pro cōuicto habetur. itē
consentiens exigēs pari pena puniūtur qđ
verū est de cōsensu cooperatōis Itē pena
raptoris alienę sponse ē depositio. Itē
verisimilis suspitio moueat purgatōem·

¶ Quotiens. Ca episcopus tri
dentinus accusatus fuit q̄ per simoniaz
eccām beati petri dederat petro presbite
ro sed accusatores hoc p̄ formā canoni
cam probare nō potuerūt. quemuit patriar
cha aq̄legen̄. qđ eēt agendū rn̄.pa. vt in
certia manu sui ordinis et quarta abbā
tū et sacerdotū de illa simonia se expur
get ẽsi de hoc ē īfamatus. tenor purgatio
nis talis dz eē. iurabit episcopus super
sancta dei euāgelia q̄ pro eccā sancti pe

tri danda presbitero p. nec p se nec p ali q̃ submissã psonã· nec aliqs p eo se sciẽ te precũ recepit· Cõpurgatores iurabũt q̃ credũt eũ vrũ iurasse. Nota q̃ cessã te accusatore. si accusatus remaneat infamatus dz se purgare. Itẽ per hoĩes sui ordinis dz qs se purgare. Itẽ arbitratꝰ ẽ numerus cõpurgatorũ. Itẽ cõpurgatores illius opinionis eẽ debent. q̃ nõ sit verisimile eos velle deierare. Itẽ nota hic formã purgatõis faciende. purganduein trabit se nõ feasse qđ obñatur ei. nec per se nec per aliũ· cõpurgatores vero iurabunt se credere illũ dicere vrũ. Itẽ nota q̃ nõ licet mihi per aliũ qđ p me nõ licet

¶ Nos inter alios. ‖ Ca. aliqs p rochianus epi infamatus ẽ de aliq̃ crimine ecclastico. q̃ritur vtrũ epꝰ deficientibus accusatoribus z testibus possit illũ compellere ad purgatõem prestandũ rñ. pa. q̃ si de aliq̃ crimine publica laborat infama de facto ꝓdicte psonie epꝰ põt ipsũ cõpellere ad purgatõez nisi ad supiorẽ duxerit appellandũ et si appellauerit eig parebit iudicũ ad quẽ appellauit. Nota q̃ epꝰ prochianũ suũ infamatũ põt compellere ad purgatõem. Itẽ a tali cõpulsione cũ appellatur iusta de cã.

¶ Cũ p. manconella ‖ Ca. presbiter petrus manconella infamatus erat de simonia p qua fuit sibi indicta purgatio quereb atur quales testes deberet habere ad ipsũ cõpurgandũ. rñ. pa. q̃ cũ purgatões illi debent eẽ tales honestate et opinionis. quod non sit verisimile eos odio vel amore. aut obtentu pecunie velle deierare et necesse ẽ vt vitã z cõuersatõem eius agnoscãt quẽ purgare debent. in fine dicat q̃ q̃ deficiat in purgatõe ab officio z beneficio ẽ priuandus. Dicat etiã q̃ ille q̃ recepit purgatõem nullã maliuolentiã vel indignatõem cũ purgatoribus ostẽdere dz. nec inprodiat eos nec ab alĩs inprodici p mittat. nota q̃ cũ purgatores dñt eẽ bone fame et opinionis et vitã et cõuersatiõnẽ cõpurgandi agnoscere dz Itẽ q̃ deficiat in purgatione punitur tanq̃ presũptiue cõuictus. Itẽ pena deficientis i purgatione ẽ depositio ab officio z beneficio. Itẽ iudex nullã maliuolentiã vel indignationem ostẽdere dz purgatores nõ sũt inprodiendi.

¶ Ex tuarũ· ‖ Ca. Quidã pbr h. nomine infamabatur de homicidio propt qđ epũs suus ab officio sacerdotali suspendit ipse quasdã lras exhibuit antecessoris ipsius episcopi m q̃bus cõtinebat q̃ iudicio aq̃ frigide sua innocentiã purgauisset et epũs ipsũ absoluisset. q̃ritũ fuit a pa. vtrũ talis purgatio sufficiat qz vero preg nãa iudicia sunt inhibita dicat pa. q̃ predicta purgatio insufficiẽs fuit vnde mãdat pa. episcopo quatꝰ si accusatores idonei nõ apparuerint cũ vñ. manu aut v. sui ordinis debeat se purgare· q̃ pstita suspẽsionẽ sine difficultate relaxet zeũ bonis testimoniis ãnunciãs ab ifamia homicidii absoluat. nota q̃ sniã q̃ nulla ẽ nõ absoluit aliquẽ nec cõdemnat. et iterũ sẽtentiandũ ẽ itẽ hmõi purgatõ scz aque frigide vel ferrẽtis inhibita ẽ et iõ q̃ nõ prestita dz haberi.

¶ Constitutus· ‖ Ca. Quidã diaconus p. noĩe infamatus erat de aliq̃ crimine epũs indixit ei purgatõez obtulit purgatores siue cõpurgatores epõ. ipse cepit eos ita diligẽter examinare. ac si eẽt ordinatõem facturus volẽs eos recipere. vñ. predictus diaconus accessit ad dñm pa. sibi exponẽs predicta scribit pa. epõ dicẽs q̃ multũ miratur q̃ purgatiõnẽ oblatã recipere noluit. nisi prius commendasset id ẽ protulisset nola singulorũ vtinã sic discurreret ordinãdos. Datis ei

sufficiat in hmõi purgationibus si purgatores sint bone fame in suis ordinib9 ministrãtes et ab ecclã tollerati nec sint in iudicio de crimine cõdemnati. vñ sunt admittendi. Nota q sufficit si purgatores bone fame nõ cõdemnati de crimine. nec sunt examnãdi ita districte sicut alii testes.

¶ Inter sollicitudines. Ca. Decanus senonen erat grauiter infamatus de hereſi ex eo q cũ hereticis nimiã familiaritatẽ habebat in quadã villa. propt qõ archiepus senonen suspẽdit ipsũ ab officio et beneficio et quãuis cõtra ipsũ nullus apparuerit accusator. tamẽ ex officio suo fama publica deferente voluit de hoc inq rere veritatẽ testes sup hoc cõtra ipsum decanũ recepit postmodũ decanũ ipsũ cuz attestationibus misit ad dñm pa. ipse vero mẽlecto negocio et visis attestationibus scribit archiepõ dicẽs. quãuis cõstitutio ecclãstica doceat tales ab officio tm vsqz ad purgatõez canonicã suspẽdendos qi tñ ipsũ a beneficio ppt enormitatẽ criminis suspẽdit. nõ vult iprobare nec etiam illud iprobat q testes ex officio suo contra ipsũ decanũ recepit lz nullus comparuerit accusator. pa. vero cõsiderãs vulgatã infamã et graue scãdalũ et vehemẽtem suspitionẽ ex dictis testiũ cõtra ipz aborta cũ ppt eorũ qõlibet ei eẽt purgatio mdicẽda. purgatõem xliij. manus sui ordinis indixit eidẽ remittendo ipsũ ad archiepm vt ibi purgetur vbi notorie infamatus mãdans archiepõ quati. adiunctis sibi duobus episcopis purgatõem ei indictã recipiat et q ad ipsũ purgandum accesserint sint catholici z vita probati q cõuersatõem eig et vitã agnoscerint. prudentia et presentẽ q recepta beneficia sibi restituat ab officio tm maneat suspẽsus propt familiaritatẽ quã habuit cũ hereticis donec scãdalũ sopiatur hereticoz familiaritate publice abiurata et miigat eidẽ vt i predcã villa et alijs circũpositis profiteatur et predicet fidẽ catholicã et detestetur hereticã pauitatẽ talit dimittens vitã suã bonis informet operibus vt infamia cõuertatur i famã. et oẽ scãdalũ tollatur q si forte in purgatõe defecerit et ab officio z beneficio depositus ad agẽdam pniãm. in artũ monasteriũ detrudat Nota q cũ alique ẽ infamatus nõ dz statim suspẽdi ab officio et beneficio sed ab officio tantũ vbi multũ sit infamatus. Itẽ ex officio suo iudex procedere pot cõtra infamatũ ad inqrendũ sup qẽ infamatus. Itẽ numerus cõpurgatorũ ẽ arbitrarius. Itẽ vbi qs ẽ infamatus ibi dbz purgare se. Itẽ q aliũ cõpurgat dz eẽ bone fame et agnoscere dz vitã et cõuersatõem cõpurgendi pteritã et presentẽ Itẽ q deficiat in purgatõe hereſis depositus ab officio z beneficio detrudi dz in monasteriũ ad penitẽtiam pagendam.

¶ Cũ dilectus. Ca. Nota q psone cõpurgatoz dñt eẽ vitime z hõeste

¶ Cũ in iuuẽtute. Ca. Epũs qnqz ecclesiẽ. ecclẽ dicebatur habere in moderatã familiaritatẽ cũ quadã neptẽ sua propt qõ rex vngarie sepe scripserat dño pa. vt illã de vngaria ecclã remoueat vñ pa. scripsit cuidã epõ vt super hoc caute inqreret a coepiscopis vngarie et ipsi postmodũ rescripserãt dño pa. q bonã vitã et honeste cõuersatõis eã eẽ credebant psonã ipsius multipliciter cõmendantes sed qr pr filiã quẽ diligit corripit ad maiorẽ cautelã dñs pa. mãdauit eidẽ epõ vt ab illius familiaritate talit cessaret q sinistra suspitio de ipso haberi non posset sed qdam malus hõ rescriptũ illarũ lrãrum subripuit et apud regẽ et alios magnates ipsũ nequiter publicauit. vt

magis infamaretur Sed pa· licet pulsatus fuerit multotiēs cōtra ipsū tū aduersus eū noluit cōmoueri. sciēs q facile dictū seq̄tur multitudo postea vero cū dictus epūs ad strigonien· metropolē extitit postulatus q̄dam q̄ aduersabāt eidē vt p motōem impedirent ipsius exercitū ipsuz iterū infamare vñ ipse de quarūdā amicoz tū suorū cōsilio quēdā procuratorē ad curiam destinauit· postulās a dño pa·quati. purgatōem canonicā faceret ei indicī ad suā innocentiā ostendendā pa.postulatōez illā reputās minus prudā ab ea ipsum sepe reuocare voluit. sed q; procurator instabat.pa.mādauit purgatōem eidē iudicī cū duobus abstantibus quāuis procuratus fuerit q; ex alia cā talis petitio īpedire fiebat q; suffraganei strigonienē ecclē vix eo tpe purgarent eundē q; in facto postulationis cōtradicebant eidē et suffraganei colocen· eccē ipsū tūc nō purgarent cū inter ipsū et colocen archiepz de strigonien·metropoli questio verteret vnde cū nō sint alij pontifices in vngaria merito videbāt q; p epōm regni sui sup illo articulo sepe purgare se nō posset. Nota q; pr̄ diligit filiū quē corripit. Item non dz q̄s habere īmoderatā familiaritatē cū aliq̄.etiā cōsanguinea.vñ suspicio possit haberi. Item facile dictū fuit leue sequitur multitudo.q; pronior ē humana natura ad malū quā ad bonū. Item p imperitiā etiā nō cōcedenda cōcedūtur

Item q̄ aliū cōpurgant.debent eē vicini illius et eiusdē dioc.siue p̄uincie vt eū cognoscāt. Item ex cā admittūtur ad purgatōem alicuj inferioris ordinis cū alias de iure eiusdē ordinis eē deberent.

¶ De testibus. Ca. Queritur hic q̄d cōpurgatores debēt iurare rñdit hic q̄ hoc solū q̄d credēbāt scz q̄ credant eū veraciter dicere q̄ purgatur. Nota q; compurgatores iurare dēt de credulitate. et ita iuramentū cōpurgatorū et iuramentū calumnie videntur similia. Item nō dz q̄s cōpelli subire ancipes iuramentū.

¶ Accedens. Ca. q̄dam diaconus i.nolē dū vellet in presbiterū promoueri q̄dam emuli sui dixerūt illū eē filiū sacerdotis ꝙ̄ qđ dic.ipsū noluit promouere nec pmsit illū a balio promoueri. vñ ille diac.ad dñm pa·accedēs predicta eidē exposuit mandat pa.epō quati. si de hoc ē publica īfamatus et de ipsa infama constare nō poterit purgatōem ab ipso recipiat et ipsū promoueat ad officiū sacerdotis. q; et si nō sit nota delicti tñ ē nota defectus īpediēs ad sacros ordines promouendū. Nota q; īfamatus q̄ nō sit legittimus non dz ad sacros ordines promoueri nisi prius se purgauerit. Item nō legittime nati de iure cōi nō dñt ad sacros ordines promoueri q; et si irregularitas illa nō sit nota delicti tñ ē nota defectus.

Cū dilectis filijs Ca.inter n.presbiterū ex vna parte ⁊ o clericū ex altera sup q̄busdā eccl̄esijs q̄stio verteret pro qua dictus n.pbr̄ et g. procurator o. clerici ad se.ap·accesserūt.procurator ipsius o.ꝙ̄posuit q; cū dictus pbr̄ eēt publice infamatus sup crimine mestus epūs constantiā·ordinarius eius ei purgatōem indixit q̄ cū se purgare nō posset ecclesijs suis fuit per sniam destitutus sed ipse nihilominus eas p violentiā detinebat pro modū cū idē pbr̄ vxorē cuiusdā cōsanguinei sui publice detinerent.q̄dā clericī cōtra ipsū sup hoc ad q̄sdam iudices lr̄as īpetrauerunt.cōtinētes vt dictus presbit̄ sup crimine adulterij ⁊ incestus se purgare non posset ipsū pena debita castigarent ⁊ cuz eis cōstitisset q; idē presbiter pro eo q; īpurgatione defecerat ab epō fuerat condemnatus ipsū tanq; cōtumacē predictis

ecclesiȝ priuauerũt maxime cũ de crimine adulterij et incestus tũ de notorio cõstituisset eisdẽ mãdantes abbati sancti galli ad quẽ beneficiorũ collatio ptinebat' vt beneficia illa cõferret q̃ cõtulit illa o. clerico supradicto vnde pretebat sup illis dicto presbitero ipoi silentiũ ꝛ ipsi o. tra di possessionẽ illorũ beneficiorũ ex aduerso dictus pbr̃ respondit q̃ processus iudicũ predictorũ debebat merito retractari cũ liter nõ cõtẽ. processerunt cõtra ipsum adiacẽs etiã q̃ purgatõem indictã sibi ab electo cõstãcien. curauerit exhibere Sed et rñdebatur q̃ talis purgatõ nõ valebat cũ iudicio pendẽte corã delegatis ordinarius nõ debebat indicere purgatõem infamato ꝛ ita tũ corã nõ suo iudice facta dicitur. his et alijs diligẽter auditis ꝛ intellectis licz lr̃e delegatorũ iudicũ dño pa. ostẽse nõ fuerint vel trãscriptũ ipsarũ tamẽ ex tenore relationis ipsorũ iudicũ q̃ procurator predictus exhibuit dño pa. cõstitit cudẽter q̃ iudices illi processerunt iuris ordine pretermisso. vñ pa. processum illorũ et cessionẽ eccl̃ie a predicto abbate factã retractauit precipue q̃ relatio iudicũ cõtinebat repugnãtia ꝛ aduersa dicebatur ei q̃ crimẽ eiusdẽ presbiteri adeo notorium erat q̃ nullus locus iustificationi erat et tñ permittebatur ibidẽ q̃ ei dẽ presbitero terminũ peremptorium assignarunt in q̃ se purgaret si posset. Si enĩ crimẽ erat notorium nõ erat illi purgatio indicẽda. sed in eũ sũã proferenda Si vero nullus apparuerit accusator et sup predictis criminibus apud bonos ꝛ graues fuerit infamatus purgatio canonica indicat eidẽ nõ obstante q̃ corã predcõ electo dicatur se purgasse q̃ pendente iudicio corã delegatis nõ debuit ordinarius purgatõem indicere infamato. Nota q̃ lit. nõ cõtestata nõ tz processus. Item si nõ valet destitutio nec institutio facta in locũ destitutorũ. Itẽ si nõ valet ptẽ apostole nec accessorium. Itẽ scripture cõtracta cõtinẽti nõ adhibetur fides ꝛ ita cõtracta allegãs nõ tẽ audiẽdus. Itẽ cũ crimẽ notorium tẽ nõ tẽ indicẽda purgatio. sed condẽnatõis ferenda sñtiã. et ita in notorijs necessaria tẽ sñtiã. Itẽ si aliqs tẽ infamatus apud bonos ꝛ graues deficiẽte accusatore dz se purgare. Itẽ purgatõ corã nõ suo iudice prestita nõ tz. vñ iterũ dz se purgare Et ita cũ cõmissa alicui delegato exempta ab ordinario ita q̃ de illa vltius ea pendente corã delegato intromittere se nõ possit.

Accepimus. Ca. archiepõ bisuntinus infamatus erat de simonia de intinẽtia. et q̃ iusticiã vendebant papa mãdauit q̃busdã vt sup predictis se purgaret corã ipsis recepto mandato ipsum citarunt ad pñtiam suã. ipse ad diẽ cõparens purgatõem obtulit sub hac forma viz q̃ erat immunis ab illis criminibus super q̃bus se purgare debebat sed iudices talẽ purgatõm admittere noluerũt significantes hoc dño pa. ipse vero ad apostolicam accedens proposuit q̃ ipsi volebãt vt assereret q̃ nũq̃ a natiuitate sua passus fuerit lapsũ carnis. vñ petebat quatenus sup dicta purgatõem inconsuetam misericorditer mitigaret rigorẽ sed pa. nõ credidit q̃ sub illa forma exactũ fuisset iuramentũ ab ipso sed potius presumit q̃ alia de cã sub illa forma se purgare volebat. viz q̃ immunis erat ab illis criminibus tũ dimissis p pmãz iã eẽt immunis ab illis Sed hoc iurare temerariũ erat tamẽ etiã beatus iacobus dicat et si simplex fiñ hoc ipsũ ignoret aia mea. vñ pa. p̃scriptã formã p̃m quã iurare volebat reprobat vtpote indiscretam et ineptã mandans p̃dictis indicibus vt si voluerit se purgare p̃m hãc formã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

se purget videlicet q illa crimina grauiora scz simoniā vēdicatōem iusticieet icō tinentiā de qbus extitit infamatus iuret se nō cōmisisse postq fuit in archiepm assumptus. et cōpurgatores iurent qđ credunt illū verū iurasse. q facto illū dimittant in pace. alioqn ipsū ab eccīa bisuntina debeant removere. Nota formā scdm quā infamatus de criminibus dz se purgare. Itē licet qs pniām de cōmissis receperit adhuc nesciat vtrū peccata sint ei dimissa. et in hoc ē ar. q licet qs habeat remissionē vnius āni aut etiā totiq tpis penitētie sibi īposite nihilominus iciunare tenetur. Itē non lz vendere iusticiā.

De purgatione vulgari.

Ivra susceptī. Ca. Queritur vtrū sup possessionibq ecclesiarū possint fieri duella. rñ. pa. q nec sup illis nec sup alijs debent fieri. No. q duella pm canones sūt phibita

¶ Significātibus. Ca. Quidā accusauit v. laicū et frēs sup quodam furto cū q coacti sūt subire duellū in q peccatis alijs prenarratis cecederunt. pter q fuerūt p cōsules spoletine cīt⁹ bonis proprijs spoliati sed postmodū furtū illud apud alios ē iuentū et revelatū qđ fuerāt inocētes. isti frēs significauerūt dño pa. petēti sibi sup hoc prouideri. vnde mādat cōsulibus illis vt ablata restituant vniuersa. Nota q sniā q nulla ē lata cōtra canones nō liberat aliquē nec condēnat. nec trāsit in rē iudicatā. nec necesse ē appellare ab ipsa.

¶ Dilecti filij Ca. Iuonien đ nuo ad fidē cōuersi grauē q̄moniā ad se. ap. transmiserunt q frēs cōpli et alij q sup eos tpalē hñt ptātem. si aliqū de ali q crimine īfamatur. cōpellāt eos subire iudiciū ferri cādentis et sic exinde sequatur adustio. pnā legalē infligāt. Cū igitur iudiciū istud sit interdictū in q deus cōptari videtur. mādat pa. cuidā iudici quatinus dictos fratres et alios per cen. ec. cō pellat vt ab hmōi cōuersorū q tyrannide oio desistant. Nota q iudiciū ferri cādentis prohibitū ē.

De iniurijs et damno dato.

Iniurati. Ca. Ista v. capitula primo posita sūt veteris legis in primo dicitur q si hoīes iurati sūt adinuicē et alter alterū percusserit nec mortuus fuerit sed iacuerit in lecto. percussor soluat ei operas deperditas. et impensas in medico Nota hic pnā pcutientis hominē pm veterē legē percussor prestabit operas amissas et īpensas factas in curatōe

¶ Si qs aparuerit Ca. si qs effoderit cisternā et nō cooperuit eā et bos alterius vel asinus in eā ceciderit dñs cisterne det preciū aī alis et illud qđ mortuum ē illius erit. nota q q occasionē dāni dat damnū dedisse videtur.

¶ Si bos. Ca. Si bos alicuius ab heri et nudiustertius cornupeta ē et dñs illū nō custodierit. si aliū bouē occiderit reddit bouē pro bouē mortuū bouē recipiat. nota q qs tenet ex negligētia

¶ Si leserit. Ca. Si iumētū alicuius leserit agrū vel vineam alterius. restituet estimatōem damni. Nota q qs tenetur de pastu pecoris sui q tenet estimatōem soluere damni.

¶ Si egressus ignis. Ca. Si aliqs apposuerit ignē in agro suo et damnū dederit in segetes vicini sui damnū restituet. nota q occasionē damni dat ꝛc.

¶ Si qs domū. Ca. Si aliquis volūtarie mœnderit domū alicui totū dānum restituet et tres annos peniteat.

Nota q̄ in damnis illatis attēditur volū tas.

¶ Olim sctibentibus ‖ Ca. Florē tini olim posuerūt i tanno epz plxfulanū damna et iniurias plurimas alias ei irro gantes. Sup his cōmisit pa. cām epō mu tiñ. vt eos cōpelleret ad satisfaciendū sup predictis epō predicto epe vocatis partī bus cepit in cā procedere et recepit testes lite nō cōtestata demde cā delata ē ad dñz pa. ipse examinato processu. quia lis cōtes tata nō fuit processū illū reuocauit et q̄ cō mune florētie tannauerat epm fesulanū cōtra deū et ecclīstica libertatē propter iniu riā tanni et ꝓpē expensas et alia damna propt, hoc subsecuta damnauit cōmune floren. in mille libris vsualis monete p̄ missa taxatione et prestito iuramēto fesu lano epō. No. q̄ nō tenet processus lit. nō conte. Itē non tz tannū datū in ecclīsti cā persona cōtra ecclīsticā libertatē. Itē cōdemnatio expensarū sp facienda ē taxa tione premissa et iuramēto secuto.

¶ In nostra. ‖ Ca. Brixiēses mlt tas discordias olim habuerūt inter se q̄ rum occasiōe multa damna sustinuerūt illata ad iuicē propt qd cōiter statutū fecerunt de nō petēdo vel recipiēdo vlteri us restauratōes damnorū a cōi et statuz huius firmauerūt etiā iuramento. sed p̄ ter damna occasione hꝰ discordie mlt tas fecerunt expensas q̄s petebant sibi re fici a cōi dubitatū fuit an obstaret eis iura mētū sup damnis nō repetēdis. propter qd epūs Brixien proposuit hoc in presen tia pa. Cū ergo aliud sit damnoz restau ratio et aliud satisfactio expensarū iura mento prestito sup articulorū nō dz intel ligi factū expensarū vñ mandat pa. quā tinus iuramēto predicto nō obstāte epūs posset auctoritate pa. q̄ dictū cōe pro bono pacis et cōcordie cōtribuat ad expē sarū satisfactionē ad arbitriū ipsiꝰ sicut videbit expedire. Nota q̄ iuramentū nō extenditur ad aliud q̄ iuramentū sit Itē aliud ē damnū z aliud expense et iō iura mentū prestitum sup vno nō extenditur ad aliud. Itē propter bona pacis multa fiunt q̄ alias fieri nō dñt

¶ Si culpa. Ca. aliq̄s culpa su a damnū dedit alicui aut iniuriā irroga uit seu aliꝰ irrogantibus iniuriam opē tulit et hoc in pertia vel negligētia euenerunt. dicitur sup his satisfacere te netur nec ignorācia ipsū excusat. q̄ sa debuit ex facto suo iniuriā posse cōtinge re iacturam

¶ Qd si alia. ‖ Ca. Ecce aīalia tua damnū dederunt nihilominus satisfa cere te oz nisi tu velis liberare teipsū dā do aīalia tua damnū passo. sed si aīalia tua fera fuerūt et q̄ cōsueuerūt nocere. nō sufficit ad liberatōem ea dando. q̄ nō curasti quā debuerās diligētiā adhibē in fine dicitur q̄ licet ille q̄ occasionē de dit damnū dedisse videtur. tamē secus est in illo dicendū q̄ diligentiā quam debue rat adhibuit ne damnū cōtingeret nota q̄ q̄s tenetur si culpa sua damnū dedit. Itē tenetur q̄ iniuriā irrogauit vel aliꝰ opē tulit et ignorātia in talibus nō excu sat. Itē sufficit dare aīal pro damno da to ab ipso sed in feris aīalibus hoc nō suf ficit Itē q̄ occasionē damni dat damnū dedisse videtur cū diligentiā nō adhibuit quā debuit. Itē non ē imputandum q̄ de cōtingentibus nihil omsit.

¶ De pēnis

Eque. ‖ Ca. q̄ticus q̄s pec cat totiēs punitur dz. nota q̄ frequens delictū frequēter pu nitur dz

¶ Presbiteri. ‖ Ca. Si aliq̄s int

fecerit presbiterū et cōpositio inde fiat. acceptā illa pecunia soluatur illi epō ad cuius prochiā ptinet ita q̄ medietatem tribuat in vtilitatē illius eccē cui presfuit et alteri pro aīa defuncti pauperib9 erogat q̄ nullus hēres eiꝰ primo ē quaz ille q̄ ipsū dño sociauit. Nota q̄ pēnā pecuniarī ā quā recepit epūs ab aliq̄ sibi met appellare non dz sed in vtilitatē eccē distribuere. Itē eccā ē hēres clericoruz vnde in rebus eorū succedere dz.

¶ Licet iuxta apostolū. Ca. archidiacoui cōuentrēn. epūs pro corrigendis excessibus a clericis. et laicis pecūniariā exigebant. Itē pro ānua exactione. q̄q̄z rectores eccārū suspēdūt et eccās interdicūt a vicariis denarios exigunt. vt eos in ecclesiis celebrare permittant. hec et alia cōmittebant cōtra ca non ū instituta mandat pa. cantuarien. archiepō quati. hec predictis archidiaconis districtius inhibeat. Si aūt cōtra ve mere presumpserint eos ec. cen. cōpellat. Nota q̄ excessus clericoruz sūt pumendi pena spūali sēdm canones z nō pecuniaria.

¶ Calūniā. Ca. Qui calūniose litigant cōdemnandi sūt in expensis. et ꝺ calūnia puniātur ꝑm q̄ leges precipiūt quia istud sacris cōsonat institutis. precipit pa. vt decetero in pecuniariis causis victus victori in expensis cōdemnetur ni si feratur sniā pro absente. Nota q̄ qui calūniose litē agit. in expensis alteri parti cōdemnari dz.

¶ Nō in dubiis. Ca. Sacerdotes q̄ gubernāt naues ad pugnā et q̄ psonaliter cōflictū exercēt et alios inuitant ad pugnandū oēs sūt deponendi. Nota q̄ nō solū ille ē homicida q̄ iterficit sed etiā ille q̄ inuitat ad interficiendū.

¶ Tue discretionis Ca. clerici aliq̄ deprehendūtur in latrocinijs z in aliis magnis sceleribꝰ. q̄ritur qualiter sint puniendi. rñ. pa. q̄ a suis ordinibus sūt degradandi et in artis monasteriis detrudi ad agendū pniām. Nota q̄ clerici deprehensi in latrocinijs z in magnis criminibus degradati dñt et in artis monasteriis detrudi.

¶ Cōstitutus. Ca. Epūs laicanus cōcessit monasterio cuīpe ferate oēs eccās in eius dioc. sitas ptinētes ad monasteriū illud z q̄cquid iuris habebat in illis in emphiteosim sub annua pensione reddenda et ita q̄ sola pensione cōtentus eēt sub certa pena apposita instrumento inde cōfecto postmodū orta fuit super his cōtencio inter eos per cōfessionē vtriusq̄z partis cōstitit q̄ pars monasterij subtraxit episcopo pensionē et epūs exigit a monasterio pensionē et sic vtraq̄z pars cōmisit in penā. vnde dñs pa. vtrāq̄z partē a pena illa reddidit absolutā. nota q̄ confessio in iure facta preiudicat. Itē pena cū pena cōpensatur.

¶ Sup his Ca. Quidā clericus cora pa. in testimonio vacillauit z variauit in dicto suo pa. fecit illū capi z teneri queritur vtrū propter hoc incurrerit infamiā rī q̄ nō. Nota q̄ vacillās vel varians in testimonio nō ē ipso iure infamis.

¶ Suā ad nos Ca. clerici sancti fortunati condēnati fuerūt epō spoletano in ix. libris per quoddā arbitriū sub certa pena nisi eas psoluerint in termino xxxiij. libras epūs impetrauit quasdā lras contra eos tacta veritate p quas fecit eos sibi condēnari in xxx libris noīe pene q̄ nō soluerant totā sūmam in termino constituto vī dicti clerici dño pa. querimoniā transmiserūt. mandat pa. episcopo spoletano quati. vij. librarū solutiōe

